Conclusio respōsalis Fallacia cōposiciōis et diuisionis sunt fallacie in dictione a se et ab alijs distincte. Et fallacia cōposicionis cū suis modis ē bene et sufficiēter assignata. Prima ps patet. qa si non: nō essent sex fallacie in dictione. quod ē ꝯ phm: et ꝯ pus dicta. Preterea. Fallacie distinguūt penes causas apparencie et defect⁹. ſ iste due fallacie habēt speciales causas apparēcie distinctas. Scda ps patet ex determinaciōe Egidij: q ei⁹ modos sic ordinat et Aristotelē hoc ītēdisse asserit

Arguit pmo Fallacia cōposicionis et diuisionis nō sunt fallacie in dictione. pbat. Ille nō sunt fallacie in dictione quaꝝ cause apparēcie sumūt ex pte rei. ſ fallacia cōposicionis et diuisionis sunt hui⁹ modi. ergo. Minor. qa causa apparencie sumitur ex vnitate materiali orōis cōposite et diuise. ſ talis vnitas est realis: cū sit vnitas voc⁹ ¶ Dico qꝫ licet illa materialis vnitas sit realis. non tamen ꝯsideratur hic in racione rei ſ in racione signi habentis plura significata. Et idō causa apparencie nō sumitur ex pte rei. quare dicentur fallacie in dictione

Arguit scdo Iste due fallacie non sunt distincte a fallacia amphibologie. pbatur. qa sicut amphibologia ē in oraciōe: ita eciā fallacia cōposiciōis et diuisionis. ergo nō distinguuntur ¶ Dico qꝫ licet ꝯueniāt in hoc qꝫ sunt in oracione: tamen differūt in alio. qa amphibologia ē in orōe eadē scdm materiam et formam. Iste vero due sunt in oracione eadem secundū materiam: diuersa tamen secundum formam

Arguit tercio Fallacia cōposicionis et diuisionis non sunt distincte fallacie inter se. pbatur. Fallacie q̄ accipiuntur penes multiplex potenciale in orōne nō sunt multe ſ vna. ſ fallacia cōposicionis et diuisionis sunt accepte penes multiplex potenciale in orōne. ergo nō sunt multe ſ vna: et per ꝯsequens nō erūt distincte. Maior. qa fallacie accepte penes multiplex actuale in orōne nō sunt plures ſ tm̄ vna scꝫ amphibologia. ergo rc̄. tenet ꝯn̄a a simili ¶ Dico qꝫ nō est simile. qa in

mlciplici actuali orõis solũ ē vna causa apparēcie. ʒ in orõe mlciplici: mlciplicitate potēciali sũt due cause apparēcie distincte

Arguit̃ q̃rto **Eadē est oɩ̃o cõposita ⁊ diuisa** igitur fallacia cõposicionis et diuisionis nõ sunt distincte fallacie. Añs ꝓbatur de ista. sedentē ambulare est p⁹le: que ē cõposita et diuisa. si em̃ hoc p̃dicatũ p⁹le attribuitur toti: tũc est composita. si aũt solũ pti: tũc est diuisa. Itē hic. video hõiem magnuʒ tenentē baculũ. sensus cõposit⁹ est: video hoiem magnũ: tenentem baculũ. sensus diuisus. video hoiem tenentē magnũ baculũ ¶ Dico q̄ eadē oɩ̃o mãl'r pt̃ esse diuisa ⁊ cõposita ʒ nõ foɩ̃al'r

Arguit̃ q̃nto **Alicubi est cõposicio vbi nõ est** fallacia cõposicionis. igit̃. ꝓbat̃ añs. hic. hõ ē al': est cõposicio: et tamen nõ est fallacia cõposicionis. ꝑ ꝑ̃ma pte patet. qa ibi ē oɩ̃o in qua est ver⁊ ergo ē cõposicio. ꝑ scd̃a pte notũ ē ¶ Dico q̄ in illa orõe. hõ ē al': ē cõposicõ que dicit vnionē p̃dicati cũ subiecto ñ t ĩ ē cõposicio de q̃ ē hic ad ꝓpositũ: ⁊ a q̃ sumit̃ fal'a ꝯposicõis

Arguit̃ sexto **Una detmĩacio nõ potest referri** vel oɩ̃dinari ad plura detmĩabilia. igit̃ dicta falsa. Añs ꝓbat̃ Idē inquãtũ idem natũ est facere idem. ʒ quelibʒ detmĩacio est vna. ergo tantũ faciet idem. et ita detmĩabit tantũ vnũ detmĩabile. Maior ē Arist. scd̃o dē generacione. Minor nota ¶ Dico. q̄ vna detmĩacio solũ refert̃ ad vnũ detmĩabile. ver⁊ est vna acceptione intellect⁹: ʒ plurib⁹ acceptionib⁹ accepta potest referri et oɩ̃dinari ad diuersa. Et idē eodē mõ se habẽs solũ facit idē. ʒ detmĩacõ vna p⁹q̃ʒ addit̃ diuers̃ dẽtmĩabilib⁹ nõ hʒ se vno mõ

Arguit̃ septimo **In hac ꝓpõne. q̃cq̃d viuit sp** est: referendo lij semp: ad lij viuit: nõ est sensus diuisus ʒ cõpositus. ergo dicta nõ sunt vera. Añs. qa tũc ē sensus cõposit⁹ quñ do detmĩacio addit̃ detmĩabili p̃cedenti: ex quo de racione aduerbij ē q̄ suũ v̾bũ seq̄t̃. ʒ addẽdo sp ad lij viuit: addet̃ v̾bo p̃cedēti. g° ibi erit sẽsus cõposit⁹ et ver⁹ ¶ Dico q̄ nõ req̃rit̃ ad sẽsũ cõpositũ q̄ detmĩacio addat̃ v̾bo p̃cedẽti. ʒ q̄ addat̃ v̾bo ꝑ̃ncipaliori. tl'e aũt ē illd̃ v̾bũ qd̃ seq̄t̃. qa in ꝯclone ꝯcludit̃ de minori extremitate: et habet se vt maior extremitas. et ergo v̾buʒ qd̃ seq̄t̃ ꝑ̃ncipali⁹ est. dẽtmĩacio itaq̃ʒ sibi addita causabit sensum cõpositũ

Arguit̃ octauo **Aliq̃ modi hui⁹ fallacie sunt**

ex eo q̄ piūctio mediat inter t̄mios vel ꝓpōnes. et isti modi hic nō enumerāt̄. ergo insufficiēs ē enumeracio modoꝝ fallacie cōposicōis ¶ Dico q̄ licz t̄les modi nō enūerāt̄ hic expsse ⁊ foāt̄. tn̄ implicite et virtualr. cōprehendunt̄ eni̅ sub p̄mo, vt dictū est

Utrum Fallacia diuisionis cum modis suis sit sufficiente ... nata. Pro intelligencia questionis mote

Notandū p̄mo Q̄ Fallacia diuisiōis sic diffinitur. Est idoneitas decipiendi ꝓueniens ex eo q̄ aliqua orō vna et eadē scd̄m materiā: differens tamen scd̄m formā: habz diuersas ṗones: que credit̄ in sensu diuiso va: ꝓpter materialē idētitatē ei⁹: cum vna de sensu cōposito va. Hoc ē tātū dicere. Fallacia diuisionis: est idoneitas decipiēdi ꝓueniens ex identitate materiali orōnis cōposite vere cū diuisa falsa. Causa apparēcie est identitas materialis seu potencialis orōnis cōposite ve cuȝ diuisa falsa: ꝓpter quā credim⁹: q̄ sicut oracio in sensu cōposito est va: q̄ sit eciā va in sensu diuiso. Causa defect⁹ vel nō existencie est diuersitas formalis sensus compositi et diuisi. vel diuersitas ṗonis orōnis cōposite et diuise. Cōmuniter aūt fallacia diuisionis sic diffinit̄. Est deceptio anime ꝓueniēs ex eo q̄ aliqs ꝓcessus raciocinatiu⁹ credit̄ ꝓbare aliquā ꝯclōnē vel inferre: propter apparentē vnitatē oracionis cōposite ve cum diuisa falsa in materia. quam tamen non probat nec infert propter diuersitatem sensuum oracionis composite et diuise

Notandū scd̄o Q̄ scd̄m Egidium modi hui⁹ fallacie sunt tres. Prim⁹. Quādo plura ponunt̄ a pte p̄dicati: et subiectū potest ad illa plura referri coniūctim vel diuisim. vt Quecūqȝ sunt duo et tria sunt duo et sunt tria. ꝫ qnqȝ sunt duo et tria. ergo qnqȝ sunt duo et qnqȝ sunt tria. Minor ē duplex. qa si liij qnqȝ positū a pte subiecti refert̄ ad duo et tria ꝯiūctim: tūc locucio ē va. qa duo et tria simul sumpta sunt qnqȝ. si autē refert̄ ad ea diuisim: tūc ē falsa. qa qnqȝ nō sunt duo p se sumpta. nec tã p se sumpta. Itē. Quecūqȝ sunt paria et imparia sunt paria ⁊ sūt imparia. ꝫ qnqȝ sunt paria et imparia. ergo quinqȝ sunt paria et qnqȝ sunt imparia. Minor est duplex. Quinqȝ enim sunt paria et imparia ꝯiunctim ꝫ non diuisim. Partes eni̅ simul sumpte coequant̄ toti: ꝫ nō diuisim. Nulla eni̅ ps euacuat totā essenciā tocius. ꝫ oēs simul sumpte totū ꝯstituūt. Scd̄us mod⁹ est opposi

tus p̄mo. Quādo plura ponūt̄ ex pte subiecti: et p̄dicatū potest referri ad illa ꝯiunctim vel diuisim. vt sic arguendo. Omne tantūdem et ampli⁹ ē tantūdem et p ꝯn̄s equale. ſ3 tantūde3 ⁊ amplius ē mai⁹. ergo mai⁹ ē tantūdem et p ꝯn̄s equale. Minor est duplex. q̄a lij tantūde3 et ampli⁹ posita a pte subiecti si referantur ad mai⁹ positū a pte p̄dicati ꝯiunctim. tūc ē kathegorica de copulato extremo: et locucio ē v̄a. si v̄o diuisim: tūc ē falsa. Mai⁹ em̄ nō ē tantūdem p se sumptū: nec ampli⁹ p se sumptū: ſ3 mai⁹ ē hec duo ꝯiunctim sumpta. Alij formāt istū paralogismū sic. quicqd ē tantūde3 et ampli⁹ est equale et inequale. ſ3 quod ē mai⁹ est tantūdem et ampli⁹. ergo quod ē mai⁹ est equale et inequale. ſ3 sic formando palogismum: pertinebit exēplū ad p̄mū modum

Notandū tercio **Terci⁹ mod⁹ hui⁹ fallacie ē**

Quādo aliqua dictio ponit̄ inter duas dictiones et potest ꝯiūgi cū vna vl' eciā cū alia. et ad istū modū sūt duo exēpla phi. Primū Quēcūq3 posui seruū entē liber̄ ille est liber. demonstrato ergo aliquo seruo dicat̄. et te posui seruū entem liber̄. ergo tu es liber. ꝯc̄lo falsa de seruo captiuo vel mancipio. Minor ē duplex. quia lij entem vel cōponit̄ cū lij seruū et tūc est sensus diuisus et falsus. sc3 ꝙ existentē seruū feci liber̄. Si v̄o cōponat̄ cū lij liberū e st sensus cōposit⁹ ver⁹. et fat. ꝙ entē et existentē liber̄: feci seruum. Scd̄m exēplū sic formaṫ. Quorūcūq3 reliqt diu⁹ Achilles in bello centū: illa sunt plura q̄3 centū. ſ3 qnquaginta viror̄ centum reliqt diu⁹ Achilles in bello. ergo qnquaginta sunt plura q̄3 centū. Minor hui⁹ paralogismi est duplex. q̄a si lij viror̄ cōponitur cū centū: tūc locucio ē cōposita et v̄a: et ē sensus. ꝙ Achilles de centū vir̄ reliqt qnquaginta. Si aūt viror̄ ꝯstruit̄ cu3 hoc quod ē qnquaginta: tūc locucio ē diuisa et falsa. et est sensus. ꝙ de q̄nquaginta vir̄ Achilles reliqt centū: quod ē imp⁹le. Cōmunes aūt logici p̄mū modū hui⁹ fallacie ponūt. quādo arguit̄ a sensu composito vero: ad sensum diuisum falsum. vt hic. necessario hō ē aī. igit̄ hō necc̄ario ē aī. p̄ma ē v̄a. q̄a valet tantū. hec ꝓpō ē necc̄aria. hō ē aī. q̄a gen⁹ p̄dicat̄ de specie. ſ3 ista ē falsa. hō necc̄ario est aī. q̄a valet tantū. ꝙ hec res hō vt sor̄ necc̄ario ē aī. et hoc est falsum (vt ipi dicūt) eo ꝙ sor̄ ꝯtingenter est aī. q̄a potest esse et non esse: ex quo ē corruptibilis. Scd̄us mod⁹ diuisionis est. q̄n do arguit̄ a ꝓpōne kathegorica v̄a de copulato disiūcto. vel ꝯdicionato extremo. ad ꝓpōnē ypporeticā copulatiuā/disiūctiuā/vl

cōdicionalē falsam. vt hic. quīqꝫ sunt duo et tria. ergo quīqꝫ sunt duo et quīqꝫ sunt tria. Similiter hic. omīs homo ē vir vel mulier ergo omīs homo est vir vel omnis hō ē mulier. Terciū modū diuisionis ponūt eodēmō sicut Egidi⁹ ⁊ in eodē exēplo declarāt

Notandū q̄rto Quod p̄ter exempla textualia p maiori exercitacione iuuenū possunt adduci alia multa: in qbus similiter fit fallacia diuisionis. vt Quēcūqꝫ vidisti oculo pcussuꝫ pcussus est. Joannem vidisti oculo pcussum. ergo Joānes oculo pcussus ē. Jn hoc paralogismo minor est duplex. Si eñ iste ablatiu⁹ oculo detēmiat lij pcussuꝫ: est diuisa fallacia. qa ṡcat. q tu vidisti Joānem: q ē pcussus oculo. Si aūt addit ad vbū cui ꝓpe debet addi. qa est detēmiacio vbi: tūc ē cōposita va: et valet tantum. tu vidisti oculo tuo Joāneꝫ pcussuꝫ. Jtē hic. null⁹ hō hodie nat⁹ fuit heri. ſ; hō decē annoꝝ hodie natus est. ergo hō decē annoꝝ nō fuit heri. Minor ē duplex. Si eñ hoc aduerbiū hodie determīat hoc verbū est: tūc ē cōposita va: et valet tantū. hō nat⁹ decem annoꝝ ille est hodie. et hoc ē veꝝ. Si aūt determinat hoc quod est nat⁹: est falsa. et valet tantū. hō decē annoꝝ est natus hodie. Jtē hic. Tu es hodie nat⁹ vel nō nat⁹. ſ; nō es nō nat⁹. ergo tu es nat⁹ hodie. Maior est multiplex. Si eñ hoc aduerbiuꝫ hodie determīat hoc vbū est: tūc ē va et cōposita. et valet tantū tu es hodie nat⁹ vel nō es hodie nat⁹. et hoc est veꝝ. Si aūt hoc aduerbiū hodie: determīat hoc pticipiū nat⁹: erit diuisa falsa ⁊ valet tantum. tu es nat⁹ hodie vel es nō nat⁹ hodie. Jtē hic. tu scis tantū tres homīes currere. et qcqd scit ē veꝝ. ergo tantum tres homīes currere est veꝝ: ponendo q plures homīes currāt. et tu tantū tres scis currere. Maior est multiplex. Si eñ hec dictio tantū: determīat hoc vbū scis: tūc ē cōposita va. Si aūt determīat hoc vbū currere: tūc ē diuisa falsa. Seqꝛ corollarie. q Quādocūqꝫ lij et: ponit in aliqua orōne in qua potest teneri copulatim et copulatiue. Si tenet copulatim mediando inter terminos: tūc erit cōposita. qa tūc ptes ordināt scd̄m situm magis debitū. Si aūt copulatiue: tūc erit diuisa. Cōiūctio eñ p̄mo et p se cōiūgit ptes orōnis et termīos et ex cōsequēti orōnes. et cōformiter dicat de cōiūctione disiūctiua. vnde nō seqꝛ. oīe al' est rōnale vel irrōnale. ſ; nō oīe al' ē racionale. ergo oīe al' ē irrōnale. Jtem nō seqꝛ. Ois linea ē recta vel obliqua. ſ; nō ois linea ē recta ergo omnis linea est obliqua. Jn istis enim maior est multiplex

secundum quod lij vel: potest capi disiunctim vel disiunctiue

Conclusio responsalis Fallacia diuisionis cū suis modis est sufficienter assignata: patet ex declaracione

Arguit̄ pmo Nō sunt tres modi fallacie diuisionis. pbat̄ autoritate Pe. Hys. q solū ponit duos ¶ Dico q Pe. Hys. solū ponit duos modos in genere. possunt tamē plures esse in specie. vel de ista controuersia autoꝝ de modis fallaciaꝝ ita dicatur sicut iam ante dictum est

Arguit̄ secūdo Nō ē eadē materia orōnis diuise et cōposite. pbat̄. materia ꝓpōnis ē subiectū et pdicatū. ꝫ oracio diuisa et cōposita nō habēt idē subiectū et pdicatū. igitur ꝯñ maior. qa subiectū et pdicatū sunt ptes materiales ꝓpōnis. minor patet de istꝫ duab⁹. ambulātem p⁹le ē sedere. et ambulātēꝫ sedere ē p⁹le. In pma subiectū ē: ambulantē solū. In scda: ambulantem sedere. Similiter in pma pdicatū ē sedere. in secūda p⁹le ¶ Dico q hic materia nō accipit̄ p subiecto et pdicato ꝓposicionis. sed pro voce vel litteris et syllabis

Arguit̄ tercio Fallacia diuisionis nō ē distincta a fallacia cōposicionis. pbat̄. qa si sic maxime q differrēt penes diuersum modū pnūcciādi. qa in cōposita ptes vniūt̄: et in diuisa diuidūtur. ꝫ hoc nō. ꝓbatur. mod⁹ pferendi est ex pte litteraꝝ. syllabaꝝ. et dictionū. ꝫ eedē sunt lr̄e. syllabe. et dictiones in orōne cōposita et diuisa. igitur. ꝯñ maior est nota. quia diuerse littere. syllabe. dictiones: diuersam habent placionēꝫ ꝯñ mīor patet in exemplis pori⁹ ¶ Dico q in orōne composita et diuisa sunt eedem littere. syllabe. et dictiones: ꝫ nō eodē mō ordinate quod enim in oracione composita componitur. in diuisa diuiditur. ergo eciam non est idem modus proferendi

Arguit̄ q̄rto Distincte fallacie habēt causas apparencie et defect⁹ distinctas. ꝫ hoc non ē in fallacia cōposicionis et diuisionis. ꝯñ minor. qa causa apparēcie in cōposicione est identitas orōnis cōposite cū diuisa. Et causa apparēcie in diuisione est identitas diuise cū cōposita. modo hoc est idem. quemadmodum ē eadēꝫ via ab Athenis ad Thebas ¶ Dico q iste fallacie hn̄t causas apparēcie et dfect⁹ generales easdē ꝫ n̄ speciales

Arguit̄ q̄nto Ista orō. te posui seruū entem li

berum nõ potest esse va et falsa scdm diuersam ꝯstructionẽ,pba tur.opposita nõ possunt inesse vni.ꝫ verꝝ et falsuꝫ sunt opposita. ergo ꝛc.Maior ẽ Arist.in pdicamẽt.Opposita em̃ et ꝯtraria mutuo se expellũt ¶ Dico ꝙ eadẽ oõ scdm se et in eodẽ sensu non est vera et falsa.sed bene in diuersis sensibus.Et sic opposita inesse vni respectu diuersorum non est inconueniens

Arguit sexto Tria et duo non sunt q̃nq; scdm sensum cõpositum.igit pmꝰ modꝰ non est bene positꝰ.pbat.Illa que differũt specie vnũ nõ fit aliud.ꝫ numeri differũt specifice.igitur.Maior.qa vna spẽs nõ addit alteri vt gignat terciã.vt dicit Porphiriꝰ.Minor.qa qlibꝫ numerꝰ differt ab alio specifice Unde dicit Arist.octauo methaphi.species reꝝ habent se vt numeri ¶ Dico ꝙ duo et tria nõ ꝯstituũt qnq; formaliter.ꝫ materialiter.i.tres vnitates et due vnitates simul iuncte ꝯstituũt illuꝫ numeꝝ qnq;.vnitas em̃ replicata qnqes ꝯstituit quinq;

Arguit septimo Racione ꝯiunctionis copulatiue nõ potest fieri sensus diuisus.pbat.vnũqdq; agit scdm qd vim et naturã hꝫ.ꝫ ꝯiũctio copulatiua habꝫ vim copulandi.ergo semꝑ ꝯiungit.et sic nũq; causat sensuꝫ diuisuꝫ.Maior.qa opacio sequtur esse rei.Minor.qa dicit copulatiua a copulãdo et nõ diuidendo ¶ Dico ꝙ ꝯiũctio copulatiua semꝑ copulat.ꝫ qa aliqñdo copulat simplicia respectu alicuiꝰ tercij: tũc est sensus cõpositus.Si aũt copulat oõnes vel ꝓpõnes: tunc causat sensus diuisusꝰ qa tũc nõ ꝯiũgit ea que pmo ꝯiunctio nata est ꝯiungere

Utrum fallacia accentus cuꝫ suis modis sit sufficienter assignata.

Pro intelligencia questionis more

Notandũ pmo Qz postq; Arist.determiauit de fallacijs peccãtibꝰ scdm multiplex potenciale: put habet fieri in oracione.hic iã detmiat de fallacia accẽtꝰ: q habꝫ fieri scdꝫ multiplex potenciale.et hoc in dictione. Pro intelligẽcia ergo eorum que dicent inferiꝰ Sciendũ.ꝙ Accẽtꝰ scdm Priscianũ diffinitur sic.Est certa lex vel regula ad eleuãdũ vel deꝑmendũ syllabam cuiuslibet dictionis.Et diuidit in accentũ grauẽ.acutuꝫ.et circũflexũ. Accentꝰ grauis est qui deꝑmit syllabã. Acutꝰ est qui acuit et eleuat syllabã. Circumflexus estq tollit.vel eleuat.et deꝑmit. Considerat aũt accentꝰ dupliciter. Primo.Sub ꝓpis ꝛ specificis differẽcijs accẽtuũ.vt.grauis.acuti.ꝛ circũflexi.et sub

his speciebꝰ formāt diuersitatē et distinctionē in significacione di
ctionū ꝑ accētū enī cognoscit diuersitas sonis in dictione. vt pē
dere media longa et media breuis. Scdo ꝯsiderat accētꝰ sub cō
fusione ad vnū vel ad plures: vt ad grauē. vel acutū. vel circūfle
xum. Et isto modo accentꝰ generat ꝯfusionē et deceptionē in di
ctione: ipi respōdenti. Accentꝰ itaqꝫ ꝯsiderat a grāmatico quo
ad esse suū et suaꝝ speꝝ. et qs accētꝰ debet cuilibꝫ voci. Apud so-
phistā vo ꝯsiderat scdm quod ex diuersitate accētuū ꝯseqt diuer
sitas significatoꝝ: ad quā potest ꝓuenire deceptio in aliqua vo-
ce: eadē scdm materiā: diuersa tamē scdm formā et modū ꝓferē
di. Unā Fallacia accentꝰ diffinit sic. Est idoneitas decipiēdi ꝓue-
niēs ex materiali vnitate dictōis: scdꝫ plures accētꝰ: plura sant
tis. Causa apparēcie est vnitas dictionis scdm materiā: plura
sant. Causa defectꝰ est diuersitas accentuū: ad quā seqt diuer
sitas significatoꝝ. Cōmuniter aūt a logicꝭ diffinit sic. Fallacia
accentꝰ est deceptio anime ꝓueniēs ex eo ꝙ aliqs ꝓcessus racio
cinatiuꝰ credit ꝯcludere aliquā ꝯclōnem ꝓpter identitatē mate
rialem dictionis vel dictionum: quam tamen non concludit ꝓ-
pter diuersitatem formalem eiusdem dictionis vel earūdem

Notandū scdo ꝙ exempla posita in textu de

fallacia accentꝰ nō sunt exēpla Arist. ꝫ trāslatorꝭ. Exēpla enī de
seruiencia isti fallacie nō possunt apte trāsferri. nā qd in vna lin
gua habꝫ accentū grauē vel accutū: in alia lingua nō reseruat e-
undem accentū. sic eciā aliqua dictio in vno ideomate ꝓfert cuꝫ
aspiracione: in alio nō optet ꝙ ita ꝓferat. Exempla eciam duo
que hic ponūt nō indicāt omēs modos huiꝰ fallacie. nec ꝓpe po-
nuntur ꝑ modū paralogismi. ꝫ solū ostendūt quomō vna dictio
potest regi vno accentu vel duobꝰ. Quoꝝ exēploꝝ. vnū est ꝓsaicū
aliud vo metcū. Prosaicū ē hoc. Metuo longas pereunte noctes
Lidia dormis. In hoc exēplo cōmittit fallacia accentꝰ: ex eo ꝙ
lij metuo: potest esse vel vna dictio. vel due ptes. vel tres: Si est
vna dictio: tūc est vbū. et sensus est. Lidia ego metuo. i. timeo ꝙ
tu dormis longas noctes me ꝑeunte. Si vo sunt due dictiones:
sensus est. Lidia dormis lōgas noctes: me tuo. i. me existēte tuo
pereunte. Cū vo sunt tres dictiones: sensus est. O Lidia tu dor
mis longas noctes me ꝑeunte. Et tūc fieret talis paralogismus
Quicūqꝫ dicit: metuo longas noctes ꝑeunte me Lidia dormis.
dicit se timere. ꝫ dicens me tuo longas noctes ⁊cꝭ nō dicit se ti

mere. igit dicens se timere nō dicit se timere. solucio patet ex declarati. Exēplū aūt metricū est hoc. Heu qa nā tanti cinxerūt ethera nimbi. In qua orōe est multiplicitas. eo q hec dictio quia: potest sumi interrogatiue. et tūc in fine acuit. et tūc valet tantū sicut quare vel cur. Vel potest sumi causaliter: et tūc in fine grauatur. et tunc valet tantum. quia. id est. causa est

Notādū tercio Qz scdz Egidiū quattuor sūt modi hui' fallacie. Hec eñ fallacia habet fieri in dictione cui' ptes sunt syllabe. Syllaba aūt potest dupliciter ꝯsiderari. Primo scdm se et in se. Scdo vt habet ordinē ad dictionē. Dictio enim cōponit ex syllabis. Considerādo syllabā scdm se quantū ad psens spectat: tria ei accidūt. scz. temp'. tenor. et spūs. Temp' est mora in plācione syllabe. Tenor est accēt' grauis. leuis. moderat'. vel circūflexus. Spirit' est leuitas pferēdi syllabaz vel asperitas. Unde. licet grāmatici dicūt. q accidencia syllabe sunt qttuor: tamē scdm qrtū accidēs. scz scdz numez lfaz: nō habz fieri fallacia. quia si nō essent eedē littere in vna dictiōe sicut in alia: deficeret ibi causa apparētie. qa nō esset eadē vox. nec materialiter. nec foraliter aliquo modo. Scdm ergo syllabā in se ꝯsideratā accipiūt tres modi hui' fallacie. Quoz pm' est scdz tempus. Syllaba eñ longa duo habet tēpora. breuis aūt habz vnuz temp'. Si ergo aliqua dictio plura sat. et vt vnū sat habz aliqm syllabā longā. et vt sat aliud: habet syllabā breuem. erit ibi fallacia accent'. vt patet in hac dictione popul'. scdm quā fit talis palogism'. Ois popul' est arbor. gens est popul'. igit gens ē arbor. Solucio. Aliter accipit populus in maiore. et aliter in minore. In maiore eñ ē pma longa. et sat arborē. In minore aūt ē est pma breuis. et sat gentē. Scdus mod' sumit quantū ad spiritū. qa aliqua dictio aspirata: sat vnū. et nō aspirata: sat aliud Ut hamo aspiratuz sat decipe. vel hamo capere. Amo vo sine aspiracione idem est quod diligo. et scdm hoc fit talis palogismus Quicqd hamat hamo capit. Katherina amat. ergo Katherina hamo capit. Solucio. Dicendū q argumētum non valet. qa aliter capit hamo in maiori quo ad aspiracionē q̄z in minori. Tercius mod' hui' fallacie est quantū ad tenorē. quādo aliqua dictio regitur vno accentu: et tenore graui. Aliquādo vo accētu circumflexo vel acuto. vt hec dictio pendere: vt habet acutū accentum: sat penā sufferre vel pati. vt aūt habz accentū grauē: sicat

penam inferre. et secundū hoc tali modo paralogisat. Quoscunqȝ dignū ē pendere dignū ē penā pati. ſ iustos viros dignū ē pendere. ergo iustos viros dignū est penā pati. Solucō. Utraqȝ pmissarum est duplex. ex eo ꝙ hec dictio pendere potest pferri media lō ga vel media breui. si pmo modo: maior est va: et minor est falsa Si secūdo modo: maior est falsa: et minor va. et seqꝛ bene ꝯclo. Si vero proferatur diuerso accentu: nihil sequitur

Notandū q̄rto **Quart⁹ mod⁹ hui⁹ fallacie se**cundū Egidium est ex pte syllabe in cōpacione ad dictionē. put aliqua vox potest esse vna dictio vel due vel potest regi vno accē tu vel duob⁹. vt patet in hac dictione quies. que potest esse vna dictio vel due. Et secundū hoc fit talis palogism⁹. Tu es q es. ſ quies est reges. igiꝛ tu es reges. Utraqȝ pmissaꝝ est duplex. qa q es potest esse vna dictio vel due. Si fit dictio in vtraqȝ: maior ē falsa et minor va. et sic bene sequiꝛ ꝯclo. qa sicut ꝯclo est falsa sic aliqua pmissaꝝ. Si aūt fit oro in vtraqȝ: maior ē va et minor falsa. et sic eciā bene seqꝛ ꝯclo falsa. Si vo in vna teneaꝛ vt dictio et in alia vt oro: nō seqꝛ ꝯclo pter multiplex. Itē hic. Quicūqȝ habet dilectionē supnā habet amorē dei. vsurari⁹ habet dilectionem sup nam. ergo vsurari⁹ habet grām dei. Utraqȝ pmissaꝝ est duplex. eo ꝙ hec dictio supnā: potest esse dictio vel oro. Itē hic. Quicquid deus fecit inuite fecit inuolūtarius vel inuit⁹. racemos vel vinū fecit de⁹ in vite. ergo racemos vel vinū fecit de⁹ inuolūtarie vel coact⁹. Eciā vtraqȝ pmissaꝝ est duplex. racione huius ꝙ est in vite quod potest esse vel vna dictio vel due

Conclusio respōsalis **Fallacia accent⁹ cū suis** modis est sufficienter assignata. patꝫ vitas ꝯclonis ex dictis

Arguiꝛ pmo **Sophista nō habꝫ ꝯsiderare de** accentu. igiꝛ. pbaꝛ. Diuersi artifices habēt ꝯsiderare diuersa obiecta. ſ grāmatic⁹ et sophista sunt diuersi artifices. igiꝛ sophista nō habet ꝯsiderare de accentu: exquo grāmatic⁹ de accentu determinat ¶ Dico ꝙ non est inconueniens diuersos artifices considerare idem obiectum materiale sed non formale

Arguiꝛ scdo **Null⁹ accent⁹ est grauis vl acu**tus. igiꝛ dicta nō valent. pbaꝛ. grauitas et lenitas vel acuita sunt pprietates corpoꝝ. ſ accent⁹ nō est corp⁹. igiꝛ. Maior ē Ari. pmo celi. Minor nota. qa accent⁹ est placio syllabe. modo placō

syllabe nō est corp⁹ ¶ Dico q̄ capiendo graue et acutū ꝓpe: tūc solū ꝯueniūt corpib⁹. hic vo capiūt̄ similitudinarie. sicut eñ illud corp⁹ dicit̄ graue quod naturaliter tendit et mouet̄ deorsuȝ. ita accent⁹ grauis tendit deorsuȝ depmēs syllabā. Et sicut acutū dicitur quod faciliter penetrat tactum: sic accentus dicitur acutus: qui faciliter penetrat auditum per eleuationem syllabe

Arguit̄ tercio Accent⁹ nō est causa fallacie. pbatur. Illud quod impedit deceptionē nō causat fallaciā. ꝫ accent⁹ impedit deceptionē. igit̄. Maior nota Minor ꝓbat̄. qa ex distinctione accent⁹ cognoscit̄ diuersitas rati. cū aūt cognoscit̄ diuersitas rati: nō est deceptio. vt patet in istꝭ dictionib⁹. amo ⁊ hamo ¶ Dico q̄ respectu cognoscentꝭ diuersitas accent⁹ impedit deceptiōeȝ. ꝫ respectu ignorātꝭ nō. ⁊ tūc bn̄ causat fallaciam

Arguit̄ q̄rto Accent⁹ nō est fallacia in dictione. ꝓbat̄. Idoneitas decipiendi ex scriptura nō est fallacia in dictione. qa nō est idē scriptū et dictio. Dictio eñ: dicit̄. scriptum vo scribit̄. Sed fallacia accent⁹ est idoneitas decipiendi ex scriptura. ergo. Minor ē ph̄i in textu dicentꝭ. q̄ talis fallacia magꝭ videt̄ decipe in scripto q̄ȝ in ꝓlacione. qa in scripto nō potest discerni sub qua rone dictio capiat̄: que rat diuersa sub diuersꝭ accentib⁹. ꝫ in voce et ꝓlacione facili⁹ hoc cognoscit̄ ¶ Dico q̄ dictum ph̄i nō est intelligendū simpliciter: ꝫ quantū ad modos in textu positos: scdm̄ alios eñ modos ꝯueniēci⁹ potest fieri in ꝓlacione q̄ȝ in scripto. vt quādo fit ex aspiratione. eciaȝ dato q̄ oēs modi ꝯuenienci⁹ decipiāt in scripto. tamen qa huiusmodi fallacia nō fit in scripturꝭ: nisi inquantū rep̄sentāt voces vel dictiones. quaꝝ diuersitas accēt⁹ ignorat̄. Ideo nō seq̄t̄: q̄ nō sit fallacia in dictione. exquo causaȝ appēcie sue accipit ex pte vocis

Arguit̄ q̄nto Fallacia accent⁹ nō distinguit̄ ab equocacione. ꝓbat̄ in isto ꝑalogismo. Ois popul⁹ ē arbor. gēs est popul⁹. ergo popul⁹ est arbor. Est fallacia equocacionis scdm̄ istā dictionē popul⁹ ¶ Dico q̄ capiēdo equocacionē cōmuniter ꝓ quacūq̄ pluralitate significatorum eiusdem dictionis. tunc in predicto paralogismo est equiuocacio. sed capiendo equiuocacionem ꝓprie pro pluralitate significatorum: que est cū actuali vnitate vocis in materia et forma: sic ibi nō est equiuocacio

Arguit̄ sexto In isto ꝑalogismo. q̄cq̄d habȝ di

lectionē supnā diligit deū. ꝟ vsurari⁹ habet dilectionē sup nā. igi tur vsurari⁹ diligit deū. nō est identitas materialis eiusdē vocis igit̄ dicta nō valēt. pbat̄ añs. qa aliter scribit̄ inquantū est vna dictio: et aliter inquantū sunt due. ergo nō est eadē dictio materialiter ¶ Dico ꝙ sup nā nō est eadē dictio scd̄m materiam: quo ad modum scribendi· sufficit tamē ꝙ est eadē quo ad pnūcciacionem litterar̄ ꝛ syllabar̄: que eedē pnūcciant̄ in vna sicut in alia licet nō eodē modo. sic eciā eedē lr̄e scribunt: licet nō eodē mō

Arguit̄ septimo Alicubi est fallacia accent⁹ vbi nō variat̄ accent⁹. igit̄. pbat̄ in isto palogismo. qcq̄d hamat̄ hamo capit̄. ꝟ Katherina amat̄. igit̄ Katherina hamo capit̄. hic non variat̄ accent⁹. qa semp est pma longa: hamat̄ vel amatur. ¶ Dico ꝙ accēt⁹ capit̄ dupliciter. Uno modo ppe vt distiguit̄ ꝯ alia accidēcia lr̄e. cui⁹ diffinicio habita est in primo notabili. Alio modo capit̄ cōmuniter: put est determiatus mod⁹ pferēdi vl̄ scribendi dictionē. et sic se extēdit ad alia accidēcia syllabe. et sic capiendo accentū in pdicto palogismo: variat̄ accent⁹. Et isto modo debet capi accent⁹ cū dicit̄. ꝙ sit fallacia distincta ab alijs

Arguit̄ octauo Aliq̄s est palogism⁹ peccans penes accentū: et nō videt̄ sub qua specie vel modo debet cōprehēdi. pbat̄ de isto. nullū calidū est frigidū. ois deceptor est callidus· ergo null⁹ deceptor ē frigid⁹ ¶ Dico ꝙ reducit̄ ad scd̄m. qa ibi fit deceptio p illā lr̄am l: ex eo ꝙ hec dictio calid⁹ potest scribi p vnū l· vl̄ duplex. si p vnū: tunc minor est falsa. ergo ꝛ ꝯclusio

Arguit̄ nono Ordo Aristotel̄ in ordinaciōe fallaciar̄ nō valet. pbat̄. simplex est ante cōpositū. ꝟ fallacia accent⁹ est simplicior ꝙ̄ cōposicionis et diuisionis. igit̄. Maior. qa simpliciora sunt pora pmo methaphi. Minor. qa fallacia accentus fit in dictione cōposicionis· et diuisionis in oōne. modo dictio est simplicior ꝙ̄ oōo. qa est ps ei⁹. Et ꝯfirmat̄ p simile in multiplici actuali. equocacio que est in dictione pcedit amphibologiam que est in oōne. ergo videt̄ ꝙ in multiplici potenciali ꝯsimiliter deberēt ordinari fallacie ¶ Dico ꝙ phs nō habuit illū respectū. ꝟ habuit respectū ad hoc. qa plures modi vitari et difficiliores fiunt scd̄m cōposicionē et diuisionē ꝙ̄ scd̄m fallaciā accentus. et ergo fallaciā cōposicionis ꝛ diuisionis preposuit sicut plus necessarias. Uel potest dici. ꝙ fallacie in dictione: scd̄m q̄s

eciam dictũ est ante: ordinãt scd͂m quod pl⁹ vel min⁹ habent de
multiplicitate. In accentu aũt min⁹ est de mltiplicitate q̃ȝ in cõ
posicione et diuisione. quod sic patet. Licet enĩ tam accẽt⁹ q̃ȝ cõ
posicio et diuisio innititur vnitati ꝓlacionis materialiter. eo ꝙ
innititur vnitati vocꝭ. Et quelibet istaꝝ fallaciaꝝ diuersificat ꝓ
lacionẽ formaliter. aliter tamen et aliter. qa cõposicio et diuisio di
uersificat ꝓlacionẽ ꝓpter diuersum ordinẽ dictionuȝ. Accent⁹ vo
diuersificat hui⁹modi formam ꝓpter diuersũ modũ ꝓferendi sylla-
barum. ꝫ ↄstat ꝙ mod⁹ ꝓferẽdi magꝭ sensibiliter variat ꝓlaciõȝ
Et ꝑ ↄñs fallacia accent⁹ magis habet multiplicitatẽ potencia
lem q̃ȝ cõposicio et diuisio. ꝓlacio enĩ vt peccat ꝑ accentuȝ ma-
gis sensibiliter est variacioni subiecta. De quãto aũt aliqd ẽ ma
gis subiectũ variacioni: de tanto pl⁹ est in potencia. Ex quo seqꝫ
corollarie. ꝙ est dare gradus in multiplicitate potenciali

Utrum fallacia figure dictionis et eius modi ab Arist. sint sufficienter assignati.

Pro intelligẽcia q̃stionis hui⁹

Notandũ ꝓmo Quod p⁹ q̃ȝ Arist. determiauit de
fallacijs peccãtib⁹ penes multiplex actuale et eciã penes multi
plex potenciale. Iã ↄñter determinat de fallacia que peccat pe
nes mltiplex fantasticũ. in quo est mĩor aptitudo decipiẽdi. que
fallacia figure dictionis dicitur. Et hec fallacia inter ceteras fal
lacias in dictione: magꝭ aꝓpinquat ad fallacias reales siue ad
fallacias extra dictionẽ. Unde et ꝑalogismi multi peccãtes pe-
nes modos hui⁹ fallacie: peccãt ꝑ fallaciã accidẽtꝭ: et ꝑ fallaci-
as extra dictionẽ. ymmo scd͂m quosdã null⁹ fit ꝑalogism⁹ in hac
fallacia. q̃ nõ peccat ꝑ fallaciã accidẽtꝭ: que est fallacia extra di-
ctionẽ. Unde et ꝓpter hoc Arist. eã in fine fallaciaꝝ extra dictio
nem posuit. et magis ꝓximã fallacijs extra dictionẽ. Diffinitur
aũt Fallacia figure dictionis sic. Est idoneitas decipiẽdi ꝓueni-
ens ex simili terminacione dictionis vni⁹: cũ simili terminacionẽ
dictionis alteri⁹. Hoc est tantũ dicere. Est idoneitas decipiendi
ꝓueniẽs ex eo ꝙ aliqua dictio similis alteri dictioni in termina-
cione: videtur habere eundẽ modũ significãdi vel ꝑ̃tũ: cũ tamẽ
non habeat. Ut qa papa et musa habẽt eandẽ terminacionẽ: credẽ
ret aliqs ꝙ eciã haberẽt eundẽ modũ ꝑ̃andi: et essent ambo eius
dem generꝭ: quod est falsum. Causa apparencie hui⁹ fallacie est
similis terminacio vni⁹ dictiõis cũ alia: ꝓpter quã qs credit dicti-
ones habere idẽ ꝑ̃tũ vel eundẽ modũ ꝑ̃andi. Causa defect⁹ vel

nō existēcie. est diuersitas dictionū in sone vel modo sandi: et diuersitas eox que videntur similia. Ex quo patet. q̄ hec fallacia peccat penes multiplex fantasticū. Quid aūt sit multiplex fantasticū dictū est ante. Cōmuniter aūt fallacia figure dictiōis sic diffinit. Est deceptio anime puenlēs ex eo q̄ aliqs pcessus raciocinatiu⁹ credit pbare aliquā pclōnē pter dictiones similes in voce. quam tamen non probat propter diuersos modos significandi vel proprietates dictionum earundem

Notandū scdo Q̄ scdm Egidiū modi huiu⁹ fallacie sunt tres. Primu⁹ modus. quādo pter vnitatē rei significate interptamur eundē modū sandi aut supponēdi. vt sic arguēdo quicqd ē al' coloratū albedine est albū. ſ; plato ē al' coloratū. ergo plato ē albū. Hic masculinū interptat in neutx. Quia enim al' in platone dicit eandē rem quā plato. credim⁹ q̄ plato habeat eundem modū sandi sicut al'. vt sicut al' neutraliter sat: sic eciā plato Et hunc modū Arist. vocat masculinū interptari femim vel neutrum. Itē. scdm istū modū potest masculinū interptari in femim vt sic arguendo. Quecūq; res ē substācia colorata illa est alba. ſ; lapis ē substācia colorata. ergo lapis est alba. Hic ē simil' pcess⁹ sicut pus. Ad hūc eciā modū possunt reduci palogismi q peccant penes variacionē supposiciōis. vt hic. soz ē hō. hō ē spēs. igit soz ē spēs. qa hō in sorte ē eadē res sicut soz. credim⁹ sortē et hoiem habere eundē modū sandi. vt sicut hō sat quale qd: sic credim⁹ q̄ soz sat quale qd: quod est falsum. Itē. mutando numex singularē in pluralē. vt hic oēs hoies currūt. plato ē hō. ergo plato currūt. Itē arguēdo sic. al' ē soz. al' ē plato rcijs. ergo al' ē oīs hō. hic plures supposiciones creduntur esse vna

Notandū tercio **Scdus mod⁹ est. quādo pt** vnitatē modi sandi interptamur vnitatē rei sate. Et hic mod⁹ opponit pmo. et hūc vocat pħus interptari: quantū in quale. vel ecōuerso quale in quantū. Quale eni quantū et substācia habēt vnitatē aliquo modo in modo sandi. qa omia sant substanciam Quale et quantū in pcreto materialiter sant substanciā. in abstracto tamen nō habēt vnitatē. qa sic sant formā tantum: que non est substācia. Quia itaq; scdm modū sandi pdicamēta implicant seinuicē. put in pcreto vnū de altero pdicat pter puenienciam illi⁹ modi sandi interptamur vnitatē rei sate. et quod distribuit in vno pdicamēto: credim⁹ q̄ distribuat in alijs pdica-

mētis. vt qa qcqd ē distributiuū substācie: credim⁹ q eciaʒ distribuit in qlitate vel qntitate. et ita decipimur p hūc scdm modū. vt sic arguēdo. qcqd heri emisti hodie comedisti. carnes crudas heri emisti. ergo carnes crudas hodie comedisti. hic mutat̄. qd in quale. Itē. Quicqd heri emisti hodie comedisti. magnū bouē heri emisti. ergo magnū bouē hodie comedisti. ponēdo q solū comedisti porcionē de eodē boue. Hic mutat̄ qd in quantū. Itē. quantoscūqʒ digittos heri habuisti hodie habes. ſ decē digittos heri habuisti. ergo decē digittos hodie habes. ponendo q tibi sit abscisus digitus. Hic mutat̄ quātitas ɔtinua in discretā. Itē hic Quācūqʒ fuisti parisius fuisti hō. bis fuisti parisius ergo bis fuisti homo. Interp̄tamur signū distributiuū quādo esse distributiuum quantitatꝫ ɔtinue. Itē hic. Quicqd heri vidisti hodie vides. albū heri vidisti. ergo albū hodie vides. nō valet. qa albū ſ̄cat p modum qualitatꝫ: ſ qcqd p modū substācie. Itē hic. Do tibi solū denarium. ſ solū denariū nō habeo. ergo do tibi qđ nō habeo. nō valet. quod eīm ſ̄cat substāciā. solū dicit respectū cū exclusione. vel negacione aliaꝝ reꝝ. et sic p̄cedit̄ a relacione ad substanciā. Iteʒ hic. Aliqs dat cito equū. et nō habet cito equū. igit̄ dat quod nō habet. nō valet. Hec eīm dictio quod: ſ̄cat substanciā. cito aūt dicit modum actus siue qualitatis. Et ita proceditur a specie vnius predicamenti ad speciem alterius

Notandū q̄rto Q tercī⁹ mod⁹ hui⁹ fallacie ē quando p̄pter ɔueniencia duaꝝ dictionū in modo p̄ferendi siue terminaciōe vocꝫ. credim⁹ ɔueniēciā ipaꝝ in re significata. vł modo ſ̄andi. vt videre et secare sunt eiusdē terminaciōis. ſ secare ē agere. ergo videre est agere. hic p̄pter similē t̄minacionē in voce interp̄tamur identitatē in ſ̄ato. Itē. musa et poeta similiter t̄minātur. ſ musa est generꝫ feminini. ergo poeta est generꝫ feminini. hic p̄pter ɔueniencia vocꝫ interp̄tamur ɔueniēciā in modo ſ̄andi. Et istū modū Arist. appellat faciens interp̄tari agēs paciēs vel ecōuerso paciēs esse agens. Sufficiencia istoꝝ triū modoꝝ sic sumit̄. Oīs mod⁹ fallacie figure dictionis sumit̄ ex similitudine dictionis vni⁹ cū alia. vel ergo illa similitudo sumit̄ ex p̄te vocis. et sic est terci⁹ mod⁹. vel ex p̄te rei significate. et sic ē p̄m⁹ modus. vel ex p̄te modi significandi. et sic est scd̄us modus

Conclusio responsalis Fallacia figure dictionis: est fallacia in dictione ab alijs distincta. et ei⁹ modi: sunt

sufficienter assignati. Ueritas h⁹ cclõis patz ex his q̄ dicta sunt.

Arguit p̃mo Nulla est fallacia figure dictionis. pbat̃. nulla est fallacia figure orõnis. ergo nec figure dictionis. tenet cñã. qa sicut penes alia multiplicia scʒ actuale et potenciale sumũt duplices fallacie. scʒ dictionis ⁊ orõnis, sic ectã debet sumi fallacia duplex penes multiplex fantasticũ ¶ Dico q̄ nõ opꝫ ponere fallaciã figure orõnis sicut dictionis. qa similitudo in t̃minacione voc̃ vel modo significãdi p̃mo cuenit dictioni scdm se: et ex ꝯsequẽti orõni. Ubicũqꝫ em̃ est similitudo orõis cum oracione. oportet q̄ sit ibi similitudo dictionis cũ dictione

Arguit secũdo Dictio nõ habꝫ figuram. ergo fallacia figure dictionis male dicit̃ figure' pbatur añs. figura est in reb⁹ realib⁹. ꝫ dictio nõ est ens reale. igit̃. Maior. qa figura ꝯsideraẗ a mathematico. modo mathematicus est artifex realis. Minor. qa dictio est ens fabricatũ ab intellectu ¶ Dico q̄ figura ꝓprie capta est in reb⁹ mathematic̃ et realib⁹. hic v̈o figura sumitur similitudinarie. Sicut em̃ figura iuxta Euclidẽ est que termino vel t̃mis claudit̃. termino: vt circul⁹. terminis: vt triangulus. sic figura in ꝓposito dicit̃ t̃minacio et finis dictionis: p quam terminacionem vna dictio assimilatur alteri. et hec similitudo t̃minaciõis potest esse in voce vel in significato vel in modo significandi. vt patet ex modis huius fallacie

Arguit tercio Fallacia figure dictionis non est fallacia in dictione. pbat̃. Jlla deceptio que causam apparẽcie habet ex pte rei nõ est fallacia in dictiõe. Fallacia figure dictionis capit causam sue apparencie ex pte rei. igit̃. Minor. qa capit causam apparencie ex pte significatoꝝ. modo significatuꝫ est res quã vox importat ¶ Dico. q̄ significata absolute ꝯsiderando et scdm se. sic ab ipis causat̃ fallacia extra dictionẽ. ꝫ si ꝯsiderentur significata: inquantũ ex significato puenit similitudo dictionũ. sic ex significatis causatur fallacia in dictione

Arguit q̄rto Oĩs fallacia ĩ dictõe peccat scdꝫ aliquod multiplex. ꝫ fallacia figure dictionis non est hui⁹ modi. ergo. Minor. qa peccat penes multiplex fantasticũ. ꝫ multiplex fantasticum nõ est verũ multiplex ¶ Dico q̄ qdã dicũt q̄ fallacia figure dictionis sit scdm verã multiplicitatẽ. ꝫ tamen nõ ita veram sicut p̃cedẽtes fallacie. Jn multiplicitate em̃ vnitas voc̃

est for̄ale. ꝫ in fallacia figure dictionis nō ē vnitas voc꞉ ꝫ solum similitudo voc꞉. vnde hui⁹modi multiplicitas ē quasi secūdaria respectu multiplicitat꞉: vbi est vnitas voc꞉ scd̄m substāciā. dicūt ꝯsequenter. ꝙ licet hec multiplicitas dicit̄ apparēs: nō tamē sic dicit̄ apparēs: ꝙ sit sine existencia. ꝫ ideo, qa ꝓuenit ex similitudine dictionis ad dictionē, que similitudo rei dicit̄ fantasia rei. ideo multiplicitas hui⁹ fallacie dicit̄ fantastica⁹ poci⁹ tamen dicēdum est, ꝙ fallacia figure dictionis sit solū scd̄m multiplicitatē apparentem et non verā. qa in vā multiplicitate est idē nomen vel oīo eadē s̄ans plura. siue sit eadē materialiter et in potencia siue for̄aliter et in actu: quod in fallacia ista nō ꝯtingit. nō enī vna et eadē vox est multiplex ad agere et ad pati vel ad quātuꝫ et quale. Et ad argumētū dicit̄. ꝙ licet multiplicitas apparens non sit vā: tamē sufficit ad decipiēdū. ꝓpter similitudinē enī vnius dictionis cum alia: potest aliquis credere identitatem earuꝫ in modo significandi vel in significato

Arguit̄ q̄nto Fallacia figure dictionis nō distinguit̄ a fallacia accidēt꞉. ꝓbat̄. qa idē ꝑalogism⁹ in quo ē fallacia figure dictionis: in eodē eciā est fallacia accidēt꞉. vt patet de isto. sor̄ ē hō· hō ē spēs. igit̄ sor̄ ē spēs. ergo ⁊c꞉ ¶ Dico ꝙ idem paralogismus materialiter potest esse in diuersis fallacijs: sed non eadem racione et formaliter. per illud ergo non sequitur ꝙ fallacia figure dictionis et accidentis sint eadem fallacia

Arguit̄ sexto Res vnius p̄dicamēti nō potest mutari in reꝫ alteri⁹ p̄dicamēti. ꝓbat̄. Essencie p̄dicamētoꝝ sūt impmixte. ꝫ illa que ꝑmiscent̄ simul sunt mixta. igit̄. Maior est Aristo. ꝑmo posterioꝝ ¶ Dico ꝙ rēs diuersoꝝ p̄dicamētoꝝ non miscentur scd̄m substanciā et entitatē. ꝫ hic fit mencio de mutacione que fit per subsumpcionem. sic ꝙ sub signo distributiuo vnius predicamenti subsumitur dicibile alterius predicamenti

Arguit̄ septimo In isto ꝑalogismo. q̄ntoscūqꝫ digittos heri habuisti hodie habes. ꝫ decēꝫ digittos heri ⁊c꞉. nō mutat̄ res vnius p̄dicamēti in aliā. igit̄ vnū exēplū nō valꝫ. ꝓbatur aūs. qa quātuscūqꝫ est questiuū p̄dicamēti quātitat꞉ ⁊ decem eciā est de genere quātitat꞉ ¶ Dico ꝙ licet ibi nō mutatur res vnius p̄dicamēti in rem alteri⁹ p̄dicamēti scd̄m gen⁹. tñ bñ scd̄ꝫ spēꝫ. qa q̄ntitas ꝯtinua ⁊ discreta sūt diuerse spēs subalt̄ne

Arguit octavo Mutacio vni⁹ generi in aliud nō causat fallaciā figure dictionis. pbat.. qa seqt bene. ois hō est aīl. ꝫ pater est hō. ergo pater est aīl. ꝯclo est ꝟa. qa pater est aīl. qd de suo semīe genuit sibi simile scdm spēm. Minor eciā est ꝟa. qa dicitur scdo phisicoꝝ. hō generat hoiem et sol. vbi p hoiem intelligit pater. Maior eciā ꝟa. Notū aūt est ꝙ hic mutat gen⁹ substancie in gen⁹ relacionis. ergo videt ꝙ variacio vni⁹ generis in alio nō causat fallaciā figure dictionis ¶ Dico ꝙ distinguēda est minor. scꝫ hec. pater est hō. vel eñ pater capit p materiali. i. p substācia in qua est paternitas: sic ꝯcedit minor. nec ibi mutatur vnū gen⁹ in aliud. vel pater capit p foꝛali. i. p respectu. et sic minor est falsa. et est fallacia figure dictionis

Utrum tantum septem sint fallacie extra dictionem. Pro intelligencia questionis more

Notandū pmo Qꝫ postq̄ detmiatū est de fallacijs in dictione· quot sint· quot modos quelibet habeat· que causa apparencie· et que causa defect⁹ vniuscuiusqꝫ· Jā ꝯñter videndū est de fallacijs extra dictionē. que sunt septē vt patebit Unde notādū est. ꝙ Fallacie extra dictionē sunt que accipiunt causā appēcie sue ex pte rei. Et dicūt ext dictōꝫ. nō ꝙ fiāt sine dictiōib⁹ absolute. ꝫ qa causā sue appēcie nō hñt ex pte vocis et dictōis: ꝫ ex pte rei. Et qa logic⁹ nō ꝯsiderat res absolute: ꝫ ꝯsiderat ipas vt sunt dicibiles et pdicabiles. vel vt p sermonē ꝟcant Ideo dicūt fallacie extra dictionē. et nō simpliciter fallacie rei. Considerandū eciā est: ꝙ sicut in fallacijs in dictione causa apparencie sumit ex pte alicui⁹ vnitatis que est in dictione: sic ꝙ generaliter identitas sermonis vel dictionis in pte vel in toto: ē causa apparencie in fallacijs in dictione. ex qua vnitate seqtur idoneitas decipiēdi vt dictū est. Sic simil'r est in fallacijs extra dictionē. vnitas rei scdm vnā ptem est causa apparencie in eis Et diuersitas scdm aliā ptē: est causa defect⁹· Ut eñ inferi⁹ dicetur Idoneitas decipiendi in fallacijs extra dictionē non sumitur ex vnitate vocis· et diuersitate rei. sic eñ nō distinguerētur a fallacijs in dictione. nec eciā sumit ex diuersitate vocis et vnitate rei. talis eñ cōposicio et cōplexio nō haberet similitudinē cum ꝟo elencho. qa deficeret a foꝛma sylli'stica. vt hic. ois gladi⁹ est acut⁹. mucro est ensis. ergo mucro est acut⁹. Cōstat aūt ex di-

ctis. q̄ paralogismus debet habere similitudinem cum vero elencho
Notandum secundo Quod distinctio fallaciarum extra dictionem secundum quosdam sumitur penes generales condiciones entis. Ens enim multipliciter diuiditur. et secundum diuersam diuisionem eius sumuntur diuerse fallacie extra dictionem. Prout enim ens diuiditur in ens per se et ens per accidens: sumitur fallacia accidentis. prout vero ens diuiditur in ens perfectum et imperfectum siue in ens simpliciter et secundum quid: tunc sumitur fallacia a dicto secundum quid ad simpliciter. prout vero ens diuiditur per opposita et non opposita: sumitur ignorancia elenchi. prout vero ens diuiditur per idem et diuersum: sumitur fallacia peticionis principij. prout ens diuiditur per prius et posterius: sumitur fallacia consequentis. prout ens diuiditur in causam et causatum: sumitur fallacia secundum non causam vt causam prout vero ens diuiditur in vnum et multa. sumitur fallacia secundum plures interrogaciones. vt vnam facere. ex quo patet quod he fallacie recte dicuntur extra dictionem. quia earum diuisio capitur penes id quod est in re. vt penes diuisionem entis
Notandum tercio Quod secundum Egidium numerus fallaciarum extra dictionem potest sumi alio modo vt penes causam defectus. qua deficiunt a vero elencho. Ut enim ante ostensum est Ad elenchum requiruntur tria. scilicet illacio. probacio et contradictio. Secundum quod ergo est peccatum contra verum elenchum: sumitur numerus fallaciarum extra dictionem sic. Omnis defectus vel est in illacione. vel probacione. vel contradictione. Si primum. hoc est dupliciter. Aut in illacione syllogistica. aut non syllogistica. Si primum. hoc est dupliciter. Aut in illacione syllogistica secundum formam syllogismi ostensiui: sic est fallacia accidentis. Aut ad impossibile: sic est fallacia secundum non causam vt causam. Si in illacione non syllogistica. hoc est tripliciter. Aut ex habitudine termini ad terminum sic est fallacia secundum quid ad dictum simpliciter. Uel antecedentis ad consequens: sic est fallacia consequentis. Uel proponis ad proponem: sic est fallacia secundum plures interrogaciones vt vnam facere. Si vero defectus sit in probacione: sic est fallacia peticionis principij. Si in contradictione: sic est fallacia ignorancie elenchi. Et aduerte quod fallacie extra dictionem sunt in duplici ordine. Quedam sunt principales. et quedam minus principales et annexe principalibus. Principales sunt quattuor vt accidentis: a secundum quid ad simpliciter: ignorancia elenchi: peticionis principij. Alie vero minus principales. vt fallacia consequentis que reducitur ad accidentis secundum non causam vt causam. que reducitur ad peticionem principij. secundum plures interrogaciones vt vnam, que reducitur ad ignoranciam elenchi vel ad secundum quid et simpliciter.

Notandū q̃rto Quia fallacie extra dictionez sunt multe. et inter multa debet esse ordo. vbi em̄ nō est ordo: ibi non est bonū. Ideo videdū ē qualiter ille fallacie ordinant. Ubi Sciendū ꝙ in eis attendit ordo scdm idoneitatē decipiendi. et maior ē vnitatē vel identitatē. Et q̄a vnitas substancialis: que ab Aristotele q̄nto methaphi. vocat identitas: est maior alijs vnitatib⁹. sc3 illa que est in qualitate et quātite. ideo et per ꝯn̄s fallacie que sumūt scdm vnitatē substancialē alijs recto ordine debēt p̄poni. Sic itaq3 q̄a fallacia accidentꝫ plus habet de idoneitate decipiendi. Dicit em̄ Arist. in textu. ꝙ scdm hāc fallaciaȝ artifices et omnino scientes ab inscijs redarguunt. Ideo recto ordine fallacia accidētꝫ est p̄ma in ordine. postea ponit fallacia a scdm q̄d ad simpliciter: ꝓpter identitatē inferētꝫ impfecti ad illatū. que est quasi identitas ptꝫ ad totū. Tercio ponit fallacia ignorācie elenchi que minus a ꝯn̄a recedit. nō em̄ peccat ꝯ ꝯn̄aȝ ꝫ ꝯelenchū. q̄a nō est v̄a ꝯdictio. Quarto ponit fallacia ꝯn̄tꝫ ꝓpt identitatem an̄cedētꝫ ad ꝯn̄s que ē substācialis. Quinto ponit fallacia peticonis p̄ncipij: vbi est vnitas in quātitate. Sexto et septio ponūt nō causa vt causa. et scd3 plures interrogaciōes vt vnā: in q̄b⁹ est vnitas in qualitate. Sed q̄a ꝯueniēcia similitudinis in facto est maior q̄3 in mō interrogādi. ideo fallacia scd3 nō causaȝ p̄cedit fallaciā scd3 plures interrogaciones vt vnā facere

Conclusio responsalis Tantū septē sunt fallacie extra dictionem. Ueritas hui⁹ ꝯclōnis patet ex dictis

Arguit p̄mo Nulla est fallacia extra dictionē igit. ꝓbat. oīs fallacia ꝯsiderat a logico vel sophista. ꝫ logic⁹ nō est artifex ꝯsiderās res. ergo nulla est fallacia extra dictionē: sed poci⁹ dicende sunt esse in dictione. Mīor. q̄a tres sunt artifices reales. methaphisic⁹. mathematic⁹. et phisic⁹. sicut tres sunt sciencie reales. sexto methaphi. ¶ Dico ꝙ logic⁹ non ꝯsiderat res absolute et secundum se. sed bene vt significantur per voces et vt sunt dicibiles et predicabiles

Arguit scdo Nulla est fallacia extra dictionē ꝓbat. oīs fallacia fit in disputacione. ꝫ res ad disputacionē ferre nō possum⁹ ꝫ loco rex vtimur nomib⁹. ergo nō erit aliqua fallacia sine dictione ¶ Dico ꝙ fallacie iste dicūt extra dictionem non ꝙ fierēt simpliciter in reb⁹ et p res. ꝫ dicūt extra dictionē

propter causam superius dictam

Arguitur tercio Omnis fallacia fit per argumentacionem sophisticam. sed argumentacio quelibet est ex proposicionibus et non ex rebus. igitur omnis fallacia est in dictione et nulla extra dictionem. Maior patet. Minor. quia omnis disputacio fit ex premissis et conclusione. modo premisse et conclusiones sunt proposiciones. ut dicitur primo priorum ¶ Hec racio solvitur sicut precedens

Arguitur quarto Videtur quod iste fallacie debent dici reales. probatur. Effectus debet denominari a sua causa. sed iste fallacie sumunt causam apparencie a rebus. ergo denominari debent a re. Et confirmatur. fallacie que accipiunt causam sue apparencie ex parte dictionis: dicuntur fallacie in dictione. ergo a simili: fallacie dicentur reales. que accipiunt causam apparencie ex parte rerum ¶ Dico quod hoc argumentum habet aliquam apparenciam. si fallacie extra dictionem haberent causam sue apparencie res absolute. sed hoc patet esse falsum ex dictis

Notandū scdo Ad hoc q opponens facile ducat respondentē ad metā inopinabilis Aristo. ponit quattuor documenta. Primū. q opponēs debet ꝯsiderare de qua via ⁊ secta est respondēs. et in quo ꝯtdicit dictȝ alioꝝ doctoꝝ. Et tūc debet ei ꝓponere dicta alioꝝ doctoꝝ. si respōdens negabit illa. tunc ducet ad metā inopinabilis. qa negat illa que apparēt multȝ sapientib⁹ esse vera ⁊ ꝓbabilia. Si aūt ꝯcedit illa: cū sint ꝯtraria dictis sui doctorȝ: ducet ad inopinabile: q ꝯcedit illa que sunt ꝯtra sectā suā. vl ꝯtra dicta illius cui⁹ est discipul⁹. Potest tamē respondens hoc euadere et dicere: q dicat hoc scdm opinionem sui doctoris et posicionem sue secte. licet alij aliter de materia ꝓposita senciāt. et sic nō ducet ad metā inopinabilis. Scdm documētū. q oppones debet ꝯsiderare ꝯrietatē: que est inter voluntates occultas. ⁊ inter opiniones manifestas. siue inter appetitum ⁊ racionē. qa multe ꝓpōnes sunt que vident oib⁹ scdm racionem. Ut q meli⁹ est bene mori ꝙ voluptuose viuere. vel turpiter siue iniuste agere. et tamen scdm appetitū ⁊ sensualitatem multi eligūt oppositū. Tūc si opponēs īterogat a respondere ea que vident scdm volūtatē occultā. ⁊ respōdēs ꝯcedit. statim potest duci ad inopinabile: q ꝯcedit id quod est ꝯtra racionē rectā que semp depcat ad optima. Si aūt negat. tūc ducet ad hoc opinabile q negat id quod multi ꝯcedūt. Unde per volūtates occultas in ꝓposito: intelligunt ea que dictat appetitiu⁹ sensitiu⁹. Sȝ p manifestas opiniones: intelligūt ea que dictat racio recta

Notandū tercio Terciū documentū quod Aristoteles dat est. Q₂ opponēs debet inspicere ꝯrietatē que ē in-

ter naturã ꝛ legẽ.hoc est inter ius naturale/et ius positiuũ.quia lex nature dicit vnũ/et ius positiuũ aliqñ ido videt̃ ꝯtrariari. Lex e nim nature dicit.ꝙ omia sunt cõmunia. Lex vo ꝛ ius positiuum dicit.ꝙ qlibet habeat sua ꝓpa. Et tũc.si opponẽs interrogauerit respondentẽ de vna pte. ꝛ si respõdẽs negauerit vnã ꝛ aliam cõcesserit: facile ducet̃ ad methã inopinabilis. Quartũ documẽtum Aristotelis est. ꝙ opponẽs debet attendere ꝯtrietatẽ inter opiniones plurimoꝝ.et opiniones sapientũ: que in multꝭ ꝯtriant̃. Unde sapientes dicũt. felicitatẽ ꝯsistere in opacione ꝟtutis/studijs ꝛ scẽcijs.ꝛ nõ in diuicijs/honorib⁹/ ꝛ voluptatib⁹. dicũt ꝙ meli⁹ philosophari ꝙ̃ ditari. Vulgares vo dicũt: felicitatẽ ꝯsistere in honorib⁹/diuicijs/ꝛ voluptatib⁹. meli⁹ ꝙ dicunt ditari ꝙ̃ philosophari. Tunc si respondens concedat vnum/ꝛ aliud negat faciliter ducitur ad metham inopinabilis

Notandũ q̃rto Scdm intencionem Arist. in textu. Ad artẽ sophisticã ptinet ostẽdere.quo modo habẽt fieri obligtates ꝛ methe disputaciõis sophistice. ꝛ assignare cautelas qb⁹ defect⁹ ꝛ deceptio potest generari ꝛ fieri in respõdente. Racio.qa malũ nõ euitat̃ nisi cognitũ.et qñto min⁹ cognoscit̃: tãto min⁹ euitat̃. ꝛ quãto magis cognoscit̃: tanto magis euitatur Si ergo scim⁹ modos quomõ obligtates ꝛ deceptiones fiunt.et per quas cautelas plus fiunt.meli⁹ ꝛ facili⁹ habem⁹ hoc euitare Et ergo Arist.de his hic dedit documẽta ꝛ infoꝛmacionẽ. Et ex hoc patet.ꝙ scire malũ non est omnino malũ. ꝫ est aliquo modo bonũ/aliquo modo non. Scire aũt malũ p se nõ est bonũ.qa malum impficit.sicut bonũ pficit appetitũ ꝛ intellectũ/tamen p accidens scire malũ: est bonũ.ex eo ꝙ aliqñ ido scire malũ ꝯfert ad euitandũ mai⁹ malũ. Ut venenũ scdm se nõ est bonũ. p accidens tamen aliqñ ido est bonũ.vt in vsu medicine ꝛ cura infirmitatũ vt in tyriaca

Conclo respõsalis Cautele ducẽtes respõdentem ad metham falsi ꝛ inopinabilis ab Aristote. sunt bene assignate. Ueritas ꝯclonis patet ex his que dicta sunt

Arguit̃ pmo Aristo.nõ recte docet istas cautelas.igit̃.pbat̃. In nulla arte docendũ est malũ. ꝫ Aris.hic docet modũ ꝛ cautelas deceptionis.igit̃ nõ recte agit. Maior.qa ars ordinat̃ in bonũ ꝛ nõ in malũ. Minor.qa iste cautele ordinãtur

in deceptionē. et decipe aliū est malū ¶ Dico q nulla ars debet docere malū ea intencione vt vtamur illis malis. ß poci⁹ vt ipis malis cogt⁊ possem⁹ ea vitare. g° vtile ē noscere istas cautelas

Arguit̄ scdo Arist. male tradit hic artē decipiendi respōdentē. pbat̄. Sapient⁊ est nō decipe nec mentiri. pmo hui⁹. ergo male docet cautelas decipiendi respondentē ¶ Dico q sapiēt⁊ nō ē decipe pma intēciōe. ymmo Arist. docet hic istas cautelas: vt ipis cognit⁊ possem⁹ vitare dceptōs sophistaꝝ

Arguit̄ tercio Processus Arist. est insufficiēs pbatur. qa nihil dicit de cautelis respōdent⁊. vt patet ¶ Dico q in primo libro determinat de cautelis opponentis. sed in secundo de cautelis respondentis. et ergo non est insufficiens

Arguit̄ q̄rto Opponēs nō debet se transferre ad aliā materiā. Igitur cautela vna nō ē ptinens. Añs pbat̄. quia hoc impedit eū in assecucione sui finis. pbat̄. qa finis ei⁹ est ducere ipm respondentē ad methā. cū aūt trāsfert se ad aliā materiam: que forte erit nocior respōdēti: nō ɔcludet ei. et sic nō ɔseqt̄ finē suū ¶ Dico veꝝ argumētū ɔcluderet. si trāsferret se ad materiā notā respōdēti. sed deb; se trāsferre ad materiā ignotā rñdēti

Utrꝝ cautele ducentes ad methā nugaciōis et soleocismi sint bñ assignate. Pro intelligēcia h⁹ q̄stiōis mote

Notandū pmo Postq̄ Aris. posuit cautelas quib⁹ opponēs potest ducere respōdentē ad methā falsi et inopinabilis. Cōsequēter ponit cautelas et documenta qb⁹ opponēs potest ducere respondentē ad methā nugacionis et soleocismi. Et pmo ostēdit: quo modo ducit̄ respōdens ad methā nugacionis. psupponit tamen Arist. qd est nugacio: de qua dictū est circa methas. Dupliciter tamen potest cōmitti nugacio. Primo eodem nomīe bis reppetito. vt hō homo currit. Et de tali nō est ad ppositū. Quia in tali nugacione non est aliqua appencia. Scdo potest cōmitti nūgacio sub diuersis nomīb⁹. Et de tali est ad ppositum. quia in tali nugacione est causa apparencie. Ut dicendo: homo risibilis: equus hinibilis

Notandū scdo Qz opponēs sophista volens ducere respondentem ad methā nugacionis: debet vti tali supposiciōe. q nomē pcet idē p se sūptū et eciā cū alio. Quo supposito

et admisso: facile est ducere aliquē ad metham nugacionis. Exemplum Aristotelis est de duplo. Duplū enī p suppositionē idē sat cum p se sumit̄ et eciā quādo capit̄ cum alio. si ergo aliqs accipit duplum per se: dat intelligere dimidium. Si ergo aliquis dicat duplū dimidij coniunctim: facit nugacionē stāte suppositione. qa valebit tantū. duplū dimidij dimidij. Unū enī dimidij expsse ponitur. ⁊ aliud includit in iij duplū. Et sic cum dico. duplū dimidij duplū: ter ponit̄ dimidij. et valet tātū. duplū dimidij dimidij duplum dimidij. Scdm exēplū Arist. est. cū dico. concupiscencia delectacionis: stante suppositione erit nugacio. qa valebit tantū. concupiscencia delectaciōis delectaciōis. qa concupiscēcia dat intelligere iij delectaciōis. An aūt illa suppositio sit va Adverte. Q: Dictio habet duplex sūtū. Unū pncipale ⁊ pmariū quod sat ex impositione pmaria. Aliud scdariū. quod scʒ sat ex habitudine alteri⁹ dictionis cui addit̄. Et hoc est min⁹ pncipale. Significat ergo dictio idē sacione pncipali ⁊ pmaria p se sumpta et alteri coniuncta. Dicūt enī logici. Termin⁹ vbicūqʒ ponit̄ eque mlta sat Sed nō est hoc verū de sacione minus pncipali ⁊ scdaria. Unde hoc relatiuū duplū ⁊ qdlibet relatiuū: sat formam que ē in subiecto. Et qa talis forma relata: habet dependenciā ad aliud. ido ex consequēti sat illud ad qd forma depēdet. Sed si illud ad qd forma dependet ei adiūgat̄. nō ampli⁹ sat illud. qa p illud adiūctū terminatur ei⁹ depēdēcia. Et ideo hic nō est nugacio. duplū dimidij: nisi apparenter. Et talis apparēcia sufficit sophiste. eo qꝫ appetit sapiēciā apparētē ⁊ nō existentē. Ex his patet. quare vt cōmuniter dicit̄. gen⁹ appositū spēi facit nugacionē. species aūt apposita generi nō facit nugacionē. qa gen⁹ appositū spēi nō potest ipam determiare. ſ spēs apposita generi: ipm determinat

Notandū tercio Q: tripl'r contingit aliquē duci ad methā soleocismi. Uno modo vere ⁊ apparenter. Scdo apparenter tantū. Tercio vere ⁊ nō apparenter. Exemplū pmi. Ut si quis concedat orōnē cōstitutā ex adiectiuo ⁊ substātiuo diuersorum generū tanqʒ congruā. vt me⁹ mater. Exemplū scdi. Ut si quis dicat ficus maturas: tanqʒ congruā. talis duceretur ad methā soleocismi apparenter tantū. Quia scdm Cecilianū: ficus est masculini generis ⁊ scde declinationis. Et ideo scdm eū apparenter ducere tur ad methā soleocismi. nō tamen vere. qa scdm vitatem bene dicitur. Exemplū tercij Si qs diceret, ficos maturos: scdʒ in

tencionem Ceciliani tantū. talis non duceret̃ appenter ad methā soleocismi. ꝫ secundum sapientes grāmaticos duceretur

Notandū q̄rto Q respondens potest duci ad methā soleocismi. ꝯcludendo vnū gen⁹ ꝑ alio vel vnū casuꝫ ꝑ alio in nomib⁹: que habent vnā t̃minacōeꝫ in plurib⁹ casib⁹. Ut si opponens vtatur nomine neutri⁹ gener̃: quod habet plures casus similes. et eciā. qa neutꝝ gen⁹ quodāmō cōprehendit sub se masculinū ⁊ femīnuꝫ. Ut cū queritur. qd est hoc. potest respōderi. Coriscus. Caliopeija. vel lignū. Qñ eñ ꝓponitur nomen neutrius gener̃: respōdens nescit distinguere in quo casu ꝓponitur eo q̄ habet plures casus sub vna terminacione. ⁊ ita faciliter ducitur ad methā soleocismi ⁊ ad incōgnitatem ꝯcedendam

Conclusio respōsalis Cautele ducentes respōdentem ad methā nugaciōis ⁊ soleocismi ab Arist. sunt sufficiēter assignati. Ueritas ꝯclōis patꝫ ex his que dicta sunt

Arguit̃ p̄mo Nugacio ptinet ad rethorē. ergo male ponūtur hic cautele ducētes ad nugaciōem ¶ Dico q̄ nugacio capit̃ dupl'r. Uno modo ꝓut dicit defectū ornatus sermōis et sic spectat ei⁹ ꝯsideracio ad rethorē. Alio modo capit̃ ꝑ inconuenienti: ad quod potest duci respondens sophista vi argumentacionis. et sic spectat ad logicum

Arguit̃ scdo Nugacio nō est viciū. ergo inutiliter posuit Arist. cautelas qb⁹ respōdens potest duci ad nugacionem. ꝑbat̃. qa cū dico. hō ē hō: est nugacio. et tamē si respōdens ducitur ad ꝯcedēdū istā. hō ē hō: nō male respōdet. ꝑ p̄ma pte. qa idē repetit̃ bis. igit̃ est nugacio. ꝑ diffinicionē nugacionis. sed ꝑ scd̃a pte. q̄ si respōdens ꝯcedat istā. hō ē hō. q̄ nō male non respondeat. pbat̃. qa ꝯcedit veꝝ. Dicit eñ Boeci⁹. q̄ nulla est verior illa: in qua idē idē p̄dicat̃ de seipo ¶ Dico q̄ non sp est nugacio: quando idem bis dicitur. sed quando fit a parte eiusdem extremi sine aliqua expressione affectus. quod ibi nō ꝯtingit

Arguit̃ tercio Metha nugacionis nō potest ꝯcludi a sophista. pbat̃. illud quod sophista ꝯcludit in illo est aliqua apparēcia. ꝫ in nugacione nulla est apparēcia. igit̃. Minor. qa nō videt̃ que sit apparēcia in nugacione ¶ Dico q̄ apparencia est. qa nomen videtur idem significare ꝑ se sumptum et alteri

coniunctum. quod tamen non est omnino verum vt patuit

Utrum cautele quibus ducitur respondens ad metham redargucionis ab Aristotele in textu fiat sufficiēter assignate. Pro intelligencia questionis mote

Notandū primo Q postq̄ Arist. in precedentibus determinauit de cautelis: quib⁹ obseruatis faciliter opponens potest ducere respondentē ad methas quattuor predictas. Iam consequenter determiat de cautelis, qb⁹ opponēs potest ducere faciliter respōdentē ad metham redargucionis. que inter alias methas est principalior. et de numero istarum cautelarum: quedā sumunt ex parte orōnis. quedā ex parte opponētis. et quedā ex parte respōdentis Prima itaq̄ cautela est. Q opponēs debet multa interrogare a respondente. Quia quādo multa proponūt et interrogant difficile est noscere. qd verum. qd falsum. qd concedendū. et qd negandum. Unde in tali perplexitate: qa respondens nō potest ad omnia determinate respicere: faciliter ducitur ad methā redargucionis. Scda. Q opponens debet festinare. Aliqnādo enī respondens est tardi ingenij et tardi sermonis. Et sic nō bene respondebit: sed facili⁹ ei concludetur. Tercia. Q opponens debet cōmouere respondentē ad irā. Ira enī impedit (inquit Catho) animum: ne possit cernere verum. Debet autē hec cōmocio fieri. q opponens dicat respondenti. q nō respōdet ad propositū. q nō intelligit. et q iniuste agit. et male dicit in responsionib⁹ suis. Quarta. Q debet multa proponere et interrogare cōmixtim. ita q maior vni⁹ racionis ponat cū minori alteri⁹ racionis. Quinta. q opponēs debet interrogare ea que faciūt ad occultacionē. Quia occultacio est causa latencie. et latencia est causa deceptionis. Et iste cautele quinque sunt ex parte oracionis

Notandū scdo Q cautele ex parte respōdentis eciā sunt quinq̄. Prima. Si respondens negat oīa que sibi proponunt. tūc interrogandū est oppositū ipsi⁹ quod ab opponēte intendit vna cū proposito suo. Racio hui⁹, qa per hoc respōdens minus sciet qd concedere et qd negare debeat. Scda. Si respōdēs concesserit aliqua singularia contineri sub aliquo vli. Tūc si opponēs indigeat illo vli: nō debet illud interrogare. sed debet eo vti tanq̄ concesso. Racio est Quia quādo videt respōdenti et eciā audiētib⁹ q concessit tale vle: et hoc propter inductionē. qa ex singularib⁹ indu

citur vle. nõ potest bene respõdens id econuerso negare. qa statim esset in metha. Tercia. qđ si respõdēs dedit ꝓpõnē vlem in suo simili. ꝛ non in se. vtendū est ea ad ꝓpositū. ꝛ nō solū ꝑ eis ꝑ qb' accipit. Racio hui'. Quia aliquãdo similitudo latet. tūc ad plura potest dirigi. Quarta. qđ si opponēs velit aliqđ ꝓpōnē ꝯcludere: tūc eā debet sub disiūctione interrogare. et maxime si oppositum illi' ꝓpōnis fuerit ꝓbabile. Racio hui'. Quia opposita iuxta se posita magis elucescūt. Quinta. qđ expedit opponēti si nō habet vnde syllogisare: assumat propositiones sibi similes: ac si essent concesse a respondente

Notandū tcio Qz cautele que capiunt ex parte opponent sunt sex. Prima. qđ opponens debet ꝓbare responsionem respondent. si respõdens ꝯcedat aliqđ inopinabile. et interrogare oppositū illi' sopinabit. an sit verū vel falsū. ꝛ si respõdēs ꝯcedet oppositū fiet ꝯtra eū verus elench'. si nō ꝯcedet. fiet apparens elench'. Scđa. qđ opponēs debet ꝯsiderare respōsionē respōdent. si sit aliqđ ꝯrīū ꝑus dictis ab eo. ꝛ si sic. ducet ad redargucionem. Tercia. Si respõdens instet argumēto opponētis. opponēs debet fingere aliquā multiplicitatē in suo dicto. ꝛ dicere qđ in vno seqtur ꝯclō. ꝛ in alio non. et qđ ꝯclō in vno sensu est vera. ꝛ in alio non. et debet dicere. qđ sumpsit eā in sensu vero. si respondens eam negauerit. vel qđ sumpsit eam in sensu falso. si respondens eam ꝯcesserit

Notandū qrto Qz quarta cautela est. qđ si opponens cognouerit respondentē ꝑcipe multiplicitatē in ōōne eius. debet ꝑuenire soluēdo illū defectū. ꝛ interrogare ipsum alia. vt respondēs credat ipm̄ bene arguere. ꝛ nō intendere deceptionem Quinta. Si opponens nō habet argumētū ad ꝓpositū: debet se tansferre ad aliā materiā in qua potest argument abundare. ꝛ si respondēs querit. quare se transfert: debet ei respõdere solum in generali causam. qa vult ei ꝯdicere. Sexta. qđ opponēs nō debet interrogare omēs ꝓpōnes que valent ad suū ꝓpositū. ꝫ debz vti aliquibus tanquam concessis. vt assumendo eas tanqꝫ veras: credat respondens eas esse veras

Conclusio respõsalis Cautele posite ab Ari. quib' opponens ducit ad methā redargucionis sunt sufficienter posite. ꝑꝫ. qa his obſuat cici' opponēs habebit victoriā i rn̄dēte

Arguit̃ p̃mo Processus Aristotelis est superfluus. p̃bat̃. q̃a antea eciã determinauit de metha redargucionis. igit̃ hic repetit hoc inutiliter. Añs est notũ. ¶ Dico q̃ antea determinauit de ea absolute. sed hic ostẽdit de cautelis. quibus obseruatis respondens ducitur ad methã redargucionis: et ergo hic non superflue determinat de ea

Arguit̃ scd̃o Plures sunt cautele oppon̄eti q̃̃ iste hic enũerare. igit̃. p̃bat̃. q̃a infinite sunt. p̃bat̃. q̃a quilibet opponens scd̃m ingeniũ suum potest excogitare cautelas ¶ Dico q̃ hic ponunt̃ p̃ncipaliores. s̃ possunt esse plures min⁹ p̃ncipales

Arguit̃ tercio Sophista nõ habet introgare. igit̃ vna cautela nõ est bñ posita. p̃bat̃. q̃a dyalectic⁹ habet interrogare. s̃ dyalectic⁹ nõ est sophista nec ecõuerso. igit̃ ¶ Dico q̃ dyalecticus habet interrogare vtranq̃ partem contradictionis. s̃ sophista interrogat absolute

Arguit̃ q̃rto Sophista non debet se trãsferre ad aliã materiã. ergo vna cautela nõ est bene posita. Añs p̃bat̃. q̃a non licet descendere de genere in gen⁹. p̃mo posterior̃ ¶ Dico q̃ artifici speciali. q̃ vsat̃ cira certũ et determinatũ genus nõ licet descendere de genere in gen⁹. sed artifici cõmuni: licet saltem in genere et in cõmuni et sub racionib⁹ et apparencijs generalib⁹. talis em̃ p̃cedit ex cõmunib⁹. et vsatur circa totum genus entis, qualis eciam est sophista. et ita licet ei transferre se de vna materia in aliam



irca secundū libꝝ Elenchorum. Queritur ¶ Utrum hic in secundo libro liceat determinare de solucione paralogismorum. Pro intelligencia questionis huius

Notandū p̄mo Qꝫ p⁹ꝙ Aristoteles in p̄mo libro determinauit de cōpoſicione sylloꝝ sophisticoꝝ: ad instruendū opponentē. Et determinauit eciā de cautelis que sunt tanꝙ instrumēta abu- dandi in syllis sophisticis. Consequēter in hoc secundo ad instruendū respondentē determinat de solucione paralogismoꝝ. Et in principio tangit quattuor de quibus in speciali determinare intēdit. Primū est. de responsione. hoc ē de solucione apparenti. Secūdū. quo modo oporteat soluere. Et per hoc intelligitur solucio recta. Terciū. quid est soluendū: et quid non. Quia quedā orōnes sunt soluende et quedā non sunt digne ad soluendū. Quartū. ad quā vtilitatē valeat solucio sophisticorum syllogismorum

Notandū scd̄o Qꝫ Arist. in textu ostēdit ꝙ solucio sylloꝝ sophisticoꝝ est vtilis ad duo. Primo. Quia talis solucio valet ad quālibꝫ philosophiam et disciplinā. Et hoc pbat primo de paralogismis in dictione. quia postꝙ scim⁹ solucionē eoꝝ: scim⁹ distinguere quodlibꝫ multiplex. Sed scire distinctionē cuiuslibet multiplicis valet ad omnē sciēciā. in qua reperiūtur tales orōnes multiplices. Scd̄o pbat hoc de fallacijs extra dictionē. quia per fallacias extra dictionē aliquis per se cōsiderādo circa aliquā scienciā: potest seipm decipere. sicut decipitur per fallacias in dictione cū alijs disputando. ergo solucio paralogismoꝝ extra dictionē valet ad euitandū talē deceptionē. et est vtilis ad quālibet philosophiam. Scd̄a vtilitas. Quia talis solucio valet ad laudē et gloriam respōdentis. per hoc enim ꝙ scit soluere tales paralogismos: videtur esse exercitatus et studiosus et sciens in omnibus. Utile ergo est ostendere solucionem paralogismorum in hoc secundo libro

Notandū tercio Qꝫ aliquādo potest valere ad di

sciplinā et sciēciā triplr. Primo pncipalr et p se: tāq͂ influēs et faciens p se ad generacōz sciēcie in nobis. Et sic syll's demstratiu' valz ad generaciōz sciēcie. Dicit eīm pmo posterioꝝ. Demōstracio ē syll'us faciēs scire. Scd̄o aliqd potest valere ad sciēciā et disciplinam: tanq͂ disponēs et pparās intellectū ad generacionē sciencie. Et sic syl'us dyalecticus dicitur valere ad disciplinā et scienciam. qa talis generat opinionē. modo opinio est via in scienciā Dicitur eīm tercio methaphisice. q bene dubitat bene sciet. Tercio aliqd dicit valere ad generacionē sciencie p accidēs, nō directe et p se. ꝫ tanq͂ remouēs phibēs. quod scꝫ remouet illud: qd impedit scienciā. et sic solucio sylloꝝ sophisticoꝝ facit ad generacionem sciencie. Solucio enim eorum remouet errorē et deceptionem: que prohibet acquisicionem sciencie in nobis

Notandū q̄rto Q licet Arist. eciam in pmo libro determinauit de palogismis et de solucione eoꝝ. necesse tamen et vtile fuit hic in scd̄o: hoc speciali' ostendere. Quod Aris. pbat in textu trib' racionib'. Prima. qa nō est idē soluere paralogismos et posse faciliter soluere et pmpte. modo. licet in pmo libro dicti sunt modi p quos possum' soluere palogismos. nō tamē dicti sunt modi qb' possum' faciliter et pmpte soluere. ꝫ tarde et cū difficultate. Contingit eīm sepe. q id quod scim' bene vno modo ipsum tamē trāspositū ignoram'. Si ergo debem' esse pmpti in solucione palogismoꝝ. necesse fuit hic in scd̄o libro modū soluendi eoꝝ tradere. Scd̄a racio. qa licet in pmo libro dicti sunt modi soluēdi palogismos in generali et in suis pncipijs. nō tamen in speciali. Hic aūt in scd̄o docent modi in speciali. qb' soluēdi sunt palogismi et in actu. Per pmū ergo libꝝ possum' scire solucionē palogismoꝝ. ꝫ nō possum' habere exercitacionē et pmptitudinem. Nō eīm vt dicit Egidi': sufficit aliqd scire in habitu. sed oportet vt id reducat ad op'. Nō exercitati eīm sepi' decipiuntur. Necesse ergo fuit in hoc scd̄o specialiter tradere soluciones palogismoꝝ. Tercia racio. facilius est cōponere palogismū q̄ꝫ soluere racione cui' multi sunt arguentes. ꝫ pauci bene soluentes. Sicut eīm figuras mathematicas multi sciunt destruere et faciliter. ꝫ nō cōstruere. Sic eciā hic in palogismis multi sciunt cōponere ipsos. qui nesciunt soluere. Necesse ergo fuit hic in secundo tradere soluciones eorum et cetera

Conclusio respōsalis Utile et necesse ē tradere

hic in isto secundo libro soluciones paralogismorum de quibus dictum est in primo. Ueritas hui⁹ ↄclonis patet ex dictis

Arguitur primo **Nō fuit necesse hic determinare** de solucione palogismoꝝ. igitur. pbatur. In pmo libro determiatū est causa appencie ⁊ defect⁹ palogismoꝝ. ꝫ ostēdere causam defect⁹ est eoꝝ solucionē ponere. ergo nō fuit necesse hoc specialiter hic ostendere ¶ Dico ꝙ licet in pmo libro dederit plꝰs solucionem palogismoꝝ. ꝫ nō ita distincte ⁊ pmpte sicut hic in proposito

Arguitur secūdo **Eadem sunt pncipia cōposicionis** et resolucionis. ꝫ in pmo libro dicta est eoꝝ cōposicio: ergo eciam ibi debuit dici solucio. Maior est Arist. pmo de generaciōe ¶ Dico verū argumētū ↄcludit de cōposicione reali ꝙ eadē sunt pncipia cōposicionis ⁊ resolucionis. nihilominus tamē cōposicō ⁊ resolūcio opposito modo se habent. qa cōposicio incipit a pncipijs. ꝫ resolucio terminatur ad ea. ⁊ sic stat ꝙ cognita cōposicione ignoretur cōplete resolucō. qa qd scim⁹ vno mō trāspositū igōra⁹

Arguitur tercio **Idē bis ponere est inutile. sed** Aristoteles hic ponit soluciones paralogismorum et eciam in pmo docuit. igitur ¶ Dico ꝙ verum argumentum concluderet. si hoc fieret eodē modo. ꝫ hoc fit aliter. vt patet ex dictis

Arguitur qrto **Sequeretur ꝙ ars tradita in pmo** libro de palogismis esset impfecta. pbatur. qa in primo docuit cōponere ⁊ non docuit soluere ¶ Dico ꝙ non docuit ibi soluere ita faciliter ⁊ distincte sicut hic. docuit tamē in vli et in suis pncipijs. Et p hoc patet quare p doctrinā traditā in pmo libro dicamur esse imediati sine inexercitati circa soluciōes palogismorum. Quia exercitacio ⁊ expiencia est circa singularia ⁊ sensibilia In primo autem libro docetur solucio paralogismorum in vniuersali et vt habent esse in suis principijs duntaxat

Utrū respondens dando solucionem apparentem debeat vti cautelis. Pro intelligencia huius questionis

Notandū pmo **Qꝺ postꝗ Arist. ostendit vtilitatē** ⁊ necessitatē determinādi de solucione palogismoꝝ in hoc secundo. Consequēter detmiat de eadē solucione. Et pmo determinat de ea in generali. scdo in speciali: applicādo ad paralogi

smos diversarum fallaciarum. Et determinando de solucione paralogismorum in genere. Primo determinat de solucione apparenti Secundo de recta. Pro quo Notandum quod Duplex est solucio paralogismorum recta et non recta. Recta est manifestacio syllogismi falsi ostendendo propter quod est falsus. ut hec. Quicquid heri emisti hodie comedisti. sed carnes crudas heri emisti. ergo carnes crudas hodie comedisti. cum soluitur. quod ideo non valet. quia mutatur quid in quale. ut ostensum est circa fallaciam figure dictionis. Sed solucio non recta est manifestacio syllogismi falsi. non ostendendo propter quod est falsum

Notandum secundo Quod secundum Arist. in littera melius est aliquando dare et assignare solucionem paralogismorum apparentem quam veram. probat hoc. quia sicut contingit arguere in aliqua disputacione sic contingit soluere. sed in disputacione litigiosa contingit arguere apparenter tantum. sicut patet in paralogismis tam in dictione quam extra dictionem. qui arguunt apparenter tantum. Et eciam opponens sophista non utitur ipsis nisi ut arguat apparenter. et ut videatur arguere. Ergo conveniens est in tali disputacione eciam dare talem solucionem

Notandum tercio Quod Arist. in textu circa hanc solucionem apparentem ponit cautelas plures. Prima. Quod respondens non debet multa concedere: quamuis sibi videantur vera. sed debet dicere transeat hoc. nec concedendo nec negando simpliciter. quia per hoc poterit fugere redargucionem. Secunda. Si respondens ducitur ad metham inopinabilis. tunc debet dicere. quod hoc non est secundum opinionem suam. sed aliorum qui aliter senciunt. per hoc enim fugit metham inopinabilis. Tercia. Si respondens ducitur ad aliquod inconveniens. et antecedens opponentis sit propinquum suo contradictorio: debet dicere. quod ibi est peticio principii. Quarta. Si respondens ducatur ad aliquod falsum non sub nomine proprio sed similitudinario. respondens debet dicere opponenti: quod non capit sub eodem sensu. Quinta. Si aliqua duo proponantur respondenti quorum unum sit consequens ad aliud: et ambo accipiuntur per modum premissarum. ipse respondens debet negare consequens quam antecedens. quia illud est difficilius ad probandum. et uniuersaliter duobus sibi propositis debet negare difficilius. et si debet aliquid concedere. debet concedere id quod est facilius. et magis debet concedere antecedens quam consequens

Notandum quarto Sexta cautela respondentis est hec. Si respondenti proponuntur oraciones imperfecte et truncate. ipse non debet eas concedere vel negare. sed debet petere oraciones perfectas

Septima. Q si aliqua duo habeant 9riū: et respondens nesciat dare 9riū: debet dicere. q habet 9riū ꝫ illud est innominatum. Octaua cautela. Si ponat respōdenti aliqd dubiū de quo sint 9rie opiniones. vt de aliquo pblemate: ipe assumēdo 9rias opini ones: debet dicere. q aliqui sic opinātur: et aliqui non. et ipe vide bitur euitare redargucionē. Nona. Si respondēs fundeat argū mentū opponētis: postq3 alter arguat: debet eciā dare solucionē argumenti. et p hoc opponēs nō amplius sibi ponet argumentum

Conclusio responsalis Respondens sophista debet quādoq3 dare solucionē apparentē. et dando solucionē ap parentē debet vti cautelis. Prima ps 9clonis patet ex notabili secundo. Scda ps pbat. qa solucio apparens: est manifestacio syl logismi falsi nō curādo pter qd est falsus. ꝫ hoc potest fieri per aliquas cautelas. Itē opponēs sophista habet mltos modos de cipiendi respōdentē. ergo oportet q eciā respōdens habeat plu res modos ad resistendū ei. ꝫ cautele nō sunt aliud q3 qdā mo di cōmunes qbus respondens sophista potest resistere apparenter opponenti. ergo licet sibi vti cautelis

Arguit pmo Per solucionē apparentē nihil soluitur. igit. pbat. solucio est manifestacio syll'i falsi. ꝫ apparēs solucio nō manifestat falsitatē syll'i. ex quo est apparēs et nō exi stens. et p 9ns respōdens nunq3 debet dare solucionē apparentē ¶ Dico q solucio apparēs non est manifestacio syllogismi fal si simpliciter vel pfecte. qa non ostendit pter qd. tamē manife stat aliquo mō. qa in cōmuni. et ideo dicit solucio apparens

Arguit scdo Nulla est solucio apparens. pba tur. ois solucio debet qetare animū audiētis. ꝫ solucio apparens hoc nō facit. igit. Maior. qa ideo fit solucio: vt animus audientis esset quietus. Minor nota. quia ex quo est apparens et non exi stens: tunc non quietat animum audientis

Arguitur tercio Nulla solucio est non recta. pbatur. sicut est de argumētacione sic est de solucione. ꝫ ois ar gumētacio debet esse recta. igit eciā ois solucio debet esse recta Minor qa argumētacio est pcessus syllogisticus rei dubie faciēs fidem. modo illud quod facit fidē rei dubie hoc est rectū ¶ Dico vel argumēta 9cludūt. q ois solucio recta et sufficiens et ꝑse di

cta: getat animū audientꝭ. sic eciā oīs argumētacio ꝓpe dicta facit fidem. sed non cōmuniter dicta vel apparēs. modo. argumētacio sophistica est apparens argumentacio

Arguit q̄rto Respondens nō debꝫ vti cautelꝭ pbaꝭ. cautele ordinātur in deceptionē. ſꝫ respondēs nō intendit deceptionē. igiꝭ. Mīnor. qa intencio respōdentꝭ pocius est euadere deceptionē ⁊ nō decipere. ¶ Dico q̄ nō semꝑ cautele ordinantur in deceptionē. ſꝫ aliquādo ordinanꝭ in fugā deceptionis ne aliquis decipiatur. et ad resistendum dictis opponentis. et hoc pertinet ad respondentem

Utrū omnis solucio recta fiat per interēptionem vel distinctionē. Pro intelligencia questionis huius

Notandū pmo Q postq̄ Aristo. determinauit de solucione apparenti. nūc ꝯsequēter detmiat de solucione recta. cuiꝰ ordinis racio est ista. Quia licet solucio recta pfectior sit q̄ꝫ apparens. tamen solucio apparens est ꝯueniēcior in disputacione sophistica. eo q̄ respōdens nō soluit palogismos nisi ideo q̄ opponens non videatur eum redarguere apparenter. sed hoc fit velocius et cicius per apparentem solucionem q̄ꝫ rectam

Notandū scd̄o Q solucio recta in textu diffinitur sic. Est manifestacio sylli falsi scd̄m quālibꝫ interrogacionē accidit falsum. Jdo est. solucio recta est manifestacio sylli falsi ex pte cuiuscūqꝫ ꝯueniat illa falsitas. Et capiꝭ hic interrogacio pro pmissa. qa sophista interrogat de suis pmissis anteq̄ꝫ eas syllogizet sicut apparens dyalecticꝰ. Et additur notanter in diffinicione. scd̄m quālibet interrogacionē accidit falsum. ad differenciam solucionis apparentꝭ. qa licet in solucione apparēti sit manifestacio falsitatꝭ sylli. tamen non ostendiꝭ ꝓpter qd est falsus. Ex dictis sequiꝭ corollarie. q̄ Duplex est solucio recta. Quia solucio recta est manifestacio sylli falsi. ſꝫ duplex est syllꝰ falsus. Quia vel est falsus ꝓpter falsitatē alicuiꝰ pmisse. sic est sylls peccans in materia. Uel est syllꝰ falsus ex pte ꝯclōnis. sicut sylls peccans in forma. Jta duplex est solucio recta. Quia vel est sylli peccantꝭ in forma vel in materia. Seqꝭ corollarie. Q solucio sylli peccantꝭ in materia fit iterꝫ dupliciter. Quia vel ille syllꝰ habet falsitatē in pmissis tantū. Et sic debet solui p interemptionem alicuiꝰ pmisse. Uel est falsus ex falsitate premissarum ⁊ ꝯ-

clusionis si nul. Et sic debet solui ostendendo falsitatem vtriusqꝫ scilicet premisse, et conclusionis false

Notandū tercio Qꝫ secundū Aristotelem in textu. Ois solucio recta sylloꝝ sophisticoꝝ: debet esse p interēptionem vel distinctionē. pbat Arist. sic. qa ois solucio recta vel est sylli peccant' in materia. Et sic est solucio p interemptionē. eo q talis syllus assumit falsum. quo interēpto: ostendit falsitas eius ⁊ sua solucio. Vel solucio recta est sylli peccantꝫ in forma, ⁊ tūc fit solucio p distinctionē. ideo qa falsitas ei' puenit ex aliquo apparenti ⁊ ex aliqua causa apparencie ⁊ multiplicitate vnde prouenit dubietas. Et omis dubietas debet solui p distinctionē vel eciam p interemptionē. magis tamen p distinctionem. Quare ꝯcluditur. Qꝫ ois solucio recta est p distinctionē vel p interēptionem. Sed q sylli debēt solui p distinctionē. vtꝫ eciā illi q sunt extra dictionē. Notat Egidi'. q Duplex est multiplicitas. vna nominis ⁊ alia rei. Sicut ergo in palogismis in dictione est multiplicitas nomis vel vocꝫ. eo q dictio vel orō sat plura. Sic in paralogismis extra dictionē est multiplicitas rei scdm qd aliqua res potest diuersimode capi vel apprehendi ab intellectu. Quare tam palogismi in dictione qꝫ extra dictionē soluēdi sunt per distinctionē. eo q in vtrisqꝫ est multiplicitas. licet modo diuerso. vt dictū est. Seqꝫ corollarie. Qꝫ soluere p distinctōꝫ est aliqd multiplex resoluere in quo sensu est ꝯcedendū ⁊ in quo sensu est negandū. siue talis multiplicitas sit ex pte vocis. vt in fallacijs in dictione vel ex pte rei. vt in fallacijs extra dictionē. Sed soluere p interēptionem: est pmisse false oppositū sumere. quo sumpto: eius falsitas apparebit manifeste. Duo enim ꝯtradictoria non possunt simul esse va nec falsa. Seqtur corollarie scdo. Qꝫ si volum' aliquā orōnē soluere. pmo debem' videre: si est syllogisata vel non. Si nō est syllogisata: poterit solui p distinctionē. qa peccat in forma: dū infert aliqd falsum. Et si est syllisata. respondendum est ad aliqꝫ pmissaꝝ. Falsitas eni ꝯclonis nō puenit nisi ex falsitate alicui' pmisse. Debet ergo interimi aliqua pmissaꝝ

Notandū qrto Qꝫ Arist. in textu ostendit. q vtile ⁊ necessariū est ponere in hoc libro scdo: solucionē palogismoꝝ: nō tantū in generali sed eciā in speciali. Cui' racionem assignat istā. Ad cognoscendū eni aliquid pfecte ⁊ cōplete: nō suffi

eit ipm cognoscere. in genere in vli ꝛ ↄfuse. ſ optet ei⁹ cogniciō nem accipe in speciali ꝛ determinate. ergo eciaꝫ ad habendum sufficientē ꝛ cōpletā solucionē palogismoꝝ: optet eoꝝ solucioneꝫ ingrere in speciali. Ut em̄ Arist. docet in textu. om̄es palogismi possunt solui solucione speciali ꝛ ꝓpa. quod ꝓbat inductiue. Falla em̄. equocacionis amphibologie cōposicionis diuisionis ꝛ accē tus: possunt solui solucione speciali. scꝫ ꝑ distinctionem ↄclonis vel alicui⁹ ꝑmissaꝝ. ostendendo ꝙ ibi sunt diuersa ꝑcata. ex qua diuersitate ꝓuenit falsitas talis palogismi. Similiter. oēs palogismi figure dictionis ꝛ fallaciaꝝ extra dictionē possunt solui solucione speciali: negādo ↄñam: ꝛ subiūgendo causam defect⁹ illius palogismi in quo fit. Sicut em̄ quelibet falla habꝫ specialē causam apparencie. sic eciā habet specialē defectū sub illa appencia latentē. Si aūt queraꝛ. An palogismi ducentes ad methā nugacionis ꝛ soleocismi: possunt solui solucione speciali. Aristo. respondit in textu ꝙ sic. Et dicit. ꝙ palogismi ducētes ad nugacionē: debēt solui dicendo. ꝙ nomē nō ꝑat idē ꝑ se sumptū ꝛ alteri ↄiunctum. loquēdo de ꝑacione scdaria. vt dictū eciā est ante. licet in ꝑacione ꝑmaria ꝛ essenciali dictio idē ꝑat ꝑ se sumpta ꝛ alteri ↄiūcta. Sed palogismi ducentes ad metham soleocismi debent solui dicendo ꝛ ostendendo. ꝙ dictio nō habet eundē modū significandi in vno casu sicut in alio nec in vno genere sicut in alio. Et poci⁹ ꝓbus ostēdit hic modū soluēdi palogismos ducētes ad nugacionē ꝛ soleocismum: ꝙ̄ ducentes ad alias methas. vt falsi ꝛ inopinabilis. eo ꝙ nugacio et soleocism⁹ important defectum ex ꝑte oꝛonis ꝛ nō ex ꝑte rei. ideo non habēt eundeꝫ modū soluēdi cū palogismis ducentib⁹ ad methā redargucionis

Conclo respōsalis Ois recta solucio palogismoꝝ fit vel ꝑ distinctionē vel ꝑ interēptionē. Ueritas hui⁹ ↄclōis patꝫ ex dicti. ꝛ maxime ex his que dicta sūt in notabli 3cio

Arguit ꝑmo Plures sunt modi soluendi ꝙ̄ isti duo. ꝓbaꝛ. tot sunt modi soluēdi quot sunt modi male arguēdi. ſ modi male arguēdi sunt multi ꝛ quasi infiniti. Dicit em̄ secundo ethicoꝝ. male agere ↄtingit multis modis. bene aūt agere solū vno modo. Maior. qa solucio debet correspondere modo arguendi ¶ Dico ꝙ duo sunt modi soluendi in genere solucioē recta. possunt tamen plures esse in specie

Arguitur scdo Aliqs est mod' soluēdi p ɔcessionem. igitur plures sunt modi soluēdi q̄ȝ duo. pbatur ans. qa sicut ɔtingit arguere ex falsis ⁊ multiplicib', sic eciā arguitur ex ver;. ergo sicut soluuntur palogismi p interēptionē. q̄n fiūt ex falsis. sic debent solui p ɔcessionē: quādo fiunt ex ver; ¶ Dico q̄ argumentum nō ɔcludit. qa ɔcessio fit respectu alicui' veri. ɔcedendo autem verum non fit manifestacio alicuius falsi. Et ergo per concessionem veri non fit recta solucio. Contra

Arguitur tercio Solucio scdm ɔcessionem veri debet esse solucio ⁊ poni p solucione. pbatur autoritate Arist. octano thopic;. qui ponit ɔcessionē spēȝ respōsionis. ergo eciā ɔcessio veri debet esse spēs solucionis. tenet ɔn̄a. qa non videtur racio diuersitatis ¶ Dico q̄ hoc non optet. qa responsio est supi' ad solucioȝ. ⁊ sic bn̄ ɔceditur q̄ ɔcessio sit spēs respōsionis ȝ nō solucōis

Arguitur q̄rto Ois syllus debet solui p interēptionem. igitur. pbatur. Ois syllus habēs falsitatē debet solui p interēptionē. ȝ ois syllus q̄ soluitur est falsus. igitur ois soluitur p interēptionem. Maior est Arist. in textu. Minor. qa si non esset falsus non solueretur ¶ Dico q̄ Duplex est syllus falsus. quidā habet falsitatem sine multiplicitate. ⁊ ille debet solui p interēptionem. Alter est q̄ habet falsitatē cū multiplicitate. ⁊ ille debȝ solui per distinctionē magis q̄ȝ p interēptionē. Talis eni multiplicitas est causa vnde ɔuenit talis falsitas. Ad talē ergo falsitatē manifestandam: solucio magis debet fieri p distinctionē q̄ȝ p interēptionem. Et si sit syllus peccans in vtroq; : potest solui vtroq; modo tam per interemptionem q̄ȝ distinctionem

Utrum diuisio oracionum in faciles et difficiles ad soluendum ab Aristotele sit sufficienter assignata.

Pro intelligencia istius questionis mote

Notandū p̄mo Q2 postq̄ȝ Aristoteles probanit vtilitatē huius doctrine de speciali solucione palogismoꝝ. ⁊ eciam determinauit de solucione apparenti ⁊ recta palogismorum. Jam hic ɔsequenter et finaliter ostendit: quomodo quedā orōnes sunt faciles ⁊ quedā difficiles ad soluendū. Et dicit. q̄ oraciones faciles nō sunt digne solucione. vt in equocacione hec oracio vir ferebatur gradatim sedens. que est multiplex. Quia gra

datim potest venire a gradior graderis. Et sic est falsa. Quia valet tantū. vir sedens ferebat & iuit gradatim. & hoc est falsum. nullus enī sedens ambulat. Scdo gradatim potest venire a nomie grad'. et sic est vera. & sensus est. q vir sedēs ferebat & portabat per grad'. & hoc est verum. Sic similiter dicitur de ista. Boreas est pur'. qa purus quādoqz valet tantū sicut innocens. et sic est falsa. qa Boreas vent' q est frigid' affligit pauperē: qui pauca indumenta habet. & sic nō est innocens. Alio modo pur' valet tantum sicut purgās. & sic ē vera. qa Boreas purgat aurā a nubib'

Notandū scdo Qz oracones difficiles digne sunt solucione. Racio. Quia difficile est videre scdm quē locū sophisticum fiunt, & que sit causa eorum apparencie. Unde videtur qbusdam peccare in dictione, & qbusdā extra dictionem, aliqb' scdm unam fallaciā, alijs vo scdm aliā. Ita q multi periti de suis causis apparencie adinuicē litigāt. Sicut eciā aliqui dicūt de illis nomib', ens, vnū: q vnū scēt. Alij dicūt q non. sed plura. vt ostēditur circa pmū phisicorum circa raciones Permenidis & Melissi

Notandū tercio Qz oracionū difficiliū, quedā dicitur acris. Quia sicut sapor acer realiter pungit gustū: Sic talis oracio pungit & mordet respōdentē faciēs ipm dubitare. Et dividitur talis oracio scdm divisionē dubitacionū: que fiunt respondenti p talē oracionē ab opponēte. Unde. quedā sunt oraciones syllogistice: que debēt solui per interēptionē. & alie per distinctionē. Et quādoqz nescitur que orōnū est interimēda si est syllogistica. et si nō est oracio syllogistica: quādoqz nescit respōdēs quō modo soluitur, vel p distinctionē, vel p interēptionē. Et p hoc alique orōnes possunt dici acriores & quedā acerrime

Notanduz qrto Qz ista oracio maxime dicitur acris: que ex maxime pbabilib' maxime impbabile cōcludit apparenter, vel maximū pbabile interemit. qa in tali pcessu difficile est noscere quid sit interimendū. Sed ista oracio dicitur minus acris. quādo cōcluditur impbabile ex pmissis nō multū pbabilib'. sed ex eque impbabilib'. Et tunc respondens bene pcipit: q talis oracio debet solui p interemptionem. sed non bene scit que pmissarum debet interimi: propter hoc. quia in premissis est equalis improbabilitas

Conclusio responsalis Divisio oracionū pe

nes facilitatem ⁊ difficultatem soluendi ab Aristotele est sufficienter assignata. Ueritas huius ꝯclonis patet ex dictis

Arguitur primo Ista diuisio nõ valet. pbatur. ois diuisio debet dari p opposita. ꝫ ista nõ est huiusmodi. ergo. Maior est Boecij in libro diuisionũ. Minor. quia eadẽ oracio potest esse facilis respectu opponẽtis. ⁊ difficilis respectu respõdẽtis ¶ Dico ꝙ eadẽ oracio materialiter potest esse facilis ⁊ difficilis. ꝫ non formaliter. Et licet aliqua oracio respectu opponentis sit facilis. et respectu respondentis difficilis. Tamen datur aliqua oracõ que eciã de se est difficilis. quia habet causam sue apparencie occulte. Et alia est que habet causam sue apparencie manifeste. ⁊ ergo dicuntur faciles ⁊ difficiles

Arguitur scđo Nulla est oracio insolubilis sed quelibet est digna ad soluendũ. pbatur. respõdens debet sustinere opposiciones opponẽtis. vt dicitur in textu. ꝫ hoc non potest facere nisi soluendo omẽs oraciones sophisticas. quare ꝯcluditur. ꝙ ois oracio est digna ad soluendũ ¶ Dico ꝙ respõdens debet omẽs oraciones soluere vere vel apparenter. siue solucione recta vel non recta. sed oraciones ridiculosas non tenetur soluere solucione recta

Arguitur tercio Nulla oracio est acris ad soluẽdum. igitur. pbatur. sophistria est sciencia cõmunis. et sophista est artifex apparens. ꝫ sciencia cõmunis potest vti cõmunibus. igitur nulla est acris ad soluendũ ¶ Dico ꝙ respectu respõdentis exercitati nihil est difficile. ꝫ respectu inexercitati ⁊ oracionũ in se. quia in eis latet causa apparencie occulte. tunc sunt difficiles et graues ad soluendum

Arguitur vltimo Nulla oracio est indigna ad soluendum. pbatur. Nullum opus sapientis est indignum. ꝫ proponere oraciones sophisticas est opus sapiẽtis saltem sophiste. igitur nulla oracio est indigna. Maior. qa sapiens tenetur prudenter et solerter agere nihil vicij ꝓponens. Dictum enĩ est in principio. sapientis non est mentiri ⁊ indigne agere ¶ Dico ꝙ nullius vere sapientis est opus indignũ simpliciter. sed illius q est sapiens apparenter potest esse aliquod opus indignũ aliquo modo. vt velle decipere respondentem victoriã acqrere de respondente. est aliqualiter indignũ. ⁊ hoc intendit opponẽs sophista.

Finaliter ꝯsiderandū est. Qꝫ phus in textu dicit. Qꝫ hec sciencia siue ars non est inuēta sicut alie artes. Quia inuencio aliaꝝ arcium ab ista talis fuit. Qꝫ aliqui primo inuenerunt ꝑncipia: et ꝯsequenter alij inuenerūt ea que sequūtur ex ꝑncipijs: et sic successiue ꝑ multū temp' creuit sciencia: quousqꝫ qͥlibet sciencia fuit completa. et que ꝑmo inuenta fuerāt erant difficiliora ⁊ vtiliora. Erant eīm ꝑncipia: que licet sint parua in quantitate: magna tamen sunt in ꝟtute. Unde eciā magis regraciandum est illis, qui inuenerūt ꝑncipia q̄ꝫ ꝯclusiones. Qꝫ autē alie sciencie ab ista sic sunt inuente: ꝓbat Aristoteles exemplariter de rethorica. Nam ꝑmi inuentores rethorice paꝝ inuenerūt. Sꝫ alij superuenientes inuenta auxerunt et addiderūt: quousqꝫ ars fuit cōpleta. Ut Thysias ꝑncipia rethorice cepit a ꝑoribꝫ. post quē Symachꝫ. pꝫ quē Theodorꝫ: artē rethorice successiue ꝯpleuerūt Sciencia aūt vel ars dyalectice nō est sic inuenta: qꝫ vna eiꝫ ꝑs fuisset ante tempꝫ Aristotelis: ymmo ante ipsum nihil de ea per modum artis traditū est. sed Aristoteles eam suo proprio labore cōpleuit et eius inuentor fuit. Unde dicit. qꝫ logica eoꝝ q eum precesserūt erit similis doctrine Platonis in Gorgia. vbi multe oraciones rethorice sine arte tradebantur. Ideo talis doctrina sine arte tradita fuit labilis a memoria. Sicut in simili. aliquis volens tradere artem vel disciplinā sotulariū. vt non doleant pedes: daret ⁊ ꝓponeret multa genera calceoꝝ. et nō daret modum determinatū faciendi calciamenta. sed Aristoteles non sic fecit, sed artificiose tradidit. et ex toto fuit huiꝫ sciencie inuentor. in cuius inuencione ⁊ ordinacione multū temporis cū fatigis expleuit ⁊ laboribꝫ. Unde ⁊ Aristoteles in fine quia laboribus suis artem logice regulauit. si que ōmisit: vt venia sit petita. de quibꝫ ꝟo bene dixit: multas grates referendas exoptat. Unde et dicit in textu. Reliquū erit omniū vestrum vel eoꝝ qui hoc opus audierint. ōmissis quidem artis indulsionem inuentis autē multas grates habere. Multe itaqꝫ grates habende sunt a nobis Aristoteli. Incōparabiliter tamen maiores illi a quo esse intelligenciā virtutemqꝫ nostram raciocinatiuam accepimꝫ. Cuiꝫ lumine illustrati: errores omnes ac deceptiones vitare possumꝫ Qui est deus benedictus in secula seculorum Amen

Tobie Mily Boze Chwala

Questiones in libros Priorum et Elenchorum Aristotelis Per Mgrm Joannem de Glogovia In studio Cracoviensi collecte Impensisque Domini Joannis Haller noviter recognite ac impresse. Feliciter expliciunt. Anno domini 1511 Quarta die Mensis Junii Cracovie



Questiones Primi libri Priorum secundū numerum folioꝝ annotate

Questiones Secundi libri Priorum

Questiones Primi libri Elenchorum secundum numerum foliorum annotate

Questiones Secundi libri Elenchoꝝ

Finis

